Rñdeo dō: q̃ scandalū nomen grecū est: 7 impactionē significat in latino: q̃ qđem ppe dī in corporalibus: in spūalibus autē translūptiue: vñ oz q̃ spūale scandalū de quo loq̃mur sumat ad similitudinē corporalis ipactōis: q̃ qđē non fit nisi ambulanti aliqđ in via obȝciat q̃ ei sit occasio cadendi ēt si non cadat. nihil ät ab alio fact' ē natū caluz facere ei' qui in via dei ābulat: nisi sit aliqđ min' rectū in noticiā ei' ꝓcedēs vel ꝓbo vel fcō: et iō dictū vel factū minus rectū est id ad quod spiritualit' fit impactio: 7 occasionat alteri' ruine: in quo rō ꝓsistit scandali. ¶ Ad p^mū g̃ dō: q̃ sic in corporali impactōe est duo ꝓsiderare. s. ipsā ipactōem cadentis: aut eius q̃ ad casū disponit: 7 illō ad qđ fit impactio qđ dī obex: ita 7 in spūali: et vtrūq; nomen scandali accipit: sed nō vniuoce: sicut ēt fides dī ipa res credita 7 actus credēdi. ipa g̃ spūalis ipactio q̃ aliquis ad casum disponit dī scandalum passiuū: sz obex spūalis ad quē fit impactio dī scandalū actiuū: 7 sic diffinit h' scandalū: qz ex dicto vel fcō minus recto aliqs ad ruinā disponit. ¶ Ad secundū dō: q̃ tunc aliqs p se loquēdo pctm̃ aliqđ facit qñ ex itentiōe opat: 7 nō qñ ꝓter intētōem eius pctm̃ accidit: sic pz in homicidio casuali: 7 iō tunc ppe aliqs scandalū facit qñ ruinā ꝓximi ꝓcurare intendit. q̃cūq; aūt ad peccandū inducit decipit: qz ois malus ignorans: ut pbs dicit in 3° eth: 7 iō vbicūq; est scandalū per se loquendo dict' vel factū minus rectū est deceptō qđā q̃ submittit ambulāti ad ruinā. Uel dō: q̃ dī ē deceptio in ꝙtum ē deceptōis occasio vel cā: qz ois peccās decipit: ut dictū est. ¶ Ad 3^m dicendō: q̃ spūalis obex q̃ scādalū dī oz q̃ i via ābulanti obȝciat: qđ fit dū in noticiā ei' venit. pctm̃ ät cozdis in noticiā alterius venire ñ potest: nisi p signa

aliq̃:que reducunt ad peccatū oris vel opis: ꝛ iō in diffinitōe scandali ponit tm̃ dictū vel factū minus rectū:ꝛ nō fit mentio de pctō cordis. ℣ Ad q̃rtum dō:q̃ occasio nō sp noiat cām p accidens sed q̃nq̃ cām p se insufficientē:ꝛ sic in diffinitiōe p̄missa sumit. pctm̃. n. non pōt hēre ab exteriori aliquā cām sufficientē:eo q̃ voluntariuz ē: ſz pōt hēre aliquā cām inducentē: que q̃dem cā q̃nq̃ p se nata est inclinare ad pctm̃: vel ex suo genē: vel ex intentōe alicui⁹ ꝓponentis eā ad h⁹ q̃ aliq̃s iducat ad pctm̃:ꝛ tūc illud dī dare occasionē ruine. q̃nq̃ aūt p accidens aliq̃s inclinat ab aliq̃ i pctm̃ qō de se nō ē natū inclinare in illud:sic etiā in corporalibus aliq̃s in via plana ipingit ꝛ cadit:ꝛ tūc dī ipsemet sumē occasionē ruine nulla sibi occasione ab exteriori data:ſz talis cā ruine nō pōt scādaluz noiari:q2 cause ꝛsi q̃nq̃ noia sortiant ex p se effectibus:nūq̃ tm̃ ab his q̃ p accidens eueniūt noiari ꝓsueruṫ. ℣ Ad q̃ntū dō:q̃ christus nō dī eē petra scandali q̃si p se scādali cā: q2 ipe non dedit alicui occasionē scādali:ſz dī eē in petrā scā dali:ita q̃ ꝓpositō nō ordinē cause: ſz ꝓsecutōem iportet:q2 ex his q̃ christus fecit ꝓsecutū est scāda lū iudeorum.

AD secūduz sic ꝓceditur: videt q̃ scādalū nō sit pctm̃ sp. nullū eni necessariū ē peccatū. sed necesse est vt veniant scandala:vt dī Mat. xviij. g̃ scandalū nō ē pctm̃ ℣ ℟. oē pctm̃ est ex diaboli incentiuo:nō ex pietatis affectu. ſz Mat. xvj. vbi dī Petro: Vade retro me sathana⁹:scādalū mihi es. dicit glo. Error apli ex pietatis affectu venit poti⁹ q̃ ex incentiuo diaboli. g̃ nō oē scandalū est pctm̃. ℣ ℟. Hiero. dicit: Paruī distant in vitio scandaliçare ꝛ scādaliçari. sed scandalū passiuū:vt vī pōt esse sine peccato:sic ꝛ ipactio corporalis q̃nq̃ ē sine casu. g̃ et scandalū actiuū pōt eē sine pctō. ℣ ℟. omne dictū vel factū minus rectū est pctm̃. ſz scandalū est h⁹moi. g̃ ꝛc. ℣ ℟. Nūi. xxxj. dī in glo. lōge grauius peccatū ē dare peti cām:q̃ peccare. ſz q̃cunq̃ scandaliçat dat cām peccādi. g̃ peccat. Alteriuſ vī q̃ non sit speciale peccatū:q2 p̄m p̄m in q̃nto Ethi. Qui spāliſ iniustificatō q̃nq̃ iuenit separata ab oibus alijs iniustificatōib⁹. ſz scādalū nō inuenit sepatō ab alijs pctis:q2 sp est dictū vel factuz min⁹ rectū. g̃ nō ē spāle peccatū. ℣ ℟. Fm quodlibet gen⁹ peccati ꝓtingit aliq̃ō dcm̃ vel fcm̃ minus rectū p̄bens occasionē ruine. ſz hec est diffinitio scandali. g̃ scādalū nō est aliquod spāle peccatū. ℣ ℟. q̃cunq̃ peccat corā alio scandaliçat. ſz corax alio peccare ñ addit supra pctm̃ simplicit aliquā differentiā specificā:ſz circūstantiā q̃ndaz: sic nec occulte peccare. g̃ scandalū nō est spāle peccatuz. ℣ ℟. agens ꝓportionat patienti. sed scandalum passiuū non est spāle pctm̃:q2 q̃cunq̃ pctō aliq̃s ruat exemplo alterius scandalū pati dī. g̃ nec scā dalū actm̃ est spāle pctm̃. ℣ Sz ℟:ꝓtingit peccare in se:in deū:ꝛ in ꝓximū. ſz scandalū est pctm̃ i ꝓximū. g̃ ē in spāli genere pcti. ℣ ℟. malū dicit aliq̃d:q2 nocet fm Aug⁹. ſz scandalū hz spālem rōnem nocumenti. g̃ ē spāle peccatū. Alteri⁹ videt q̃ scandalū sp sit mortale pctm̃: Mat. xviij. sup illud: Ue mūdo a scandalis. dicit glo. Imminet eterna dānatio inundās ꝓpt scandala. ſz eterna dānatio nō debet niſi ꝓpt peccatum mortale. g̃ scandalū sp ē peccatū mortale. ℣ ℟. vita spūal⁹ est dignior q̃ corporalis. ſz q̃ subtrahit alicui vitā corporalē mortalit peccat. g̃ ꝛ q̃ scandaliçat:cū subtrahat spūalez vitā inducens alterū in ruinā. ℣ Sz ℟:scandalū est dictum vl factū min⁹ rectū p̄bēs alteri occasionē ruine. ſz ēt peccatū veniale est h⁹moi q̃nq̃. g̃ scandalū q̃nq̃ ē peccatū veniale. Rñdeo dō ad p̄mā qōnem:q̃ duplex est scandalū. ſ. actiuū ꝛ passiuū: vt ex dictis pz. passiuum q̃dem scādalū sp peccatum est:q2 ille scandalum patit qui aut a via dei ejicit: aut saltez in via retardat:quod non potest eē sine mortali vel venia li pctō. actiuū etiā scandalū semp est peccatum: q2 scandalum actiuū semp ē aliquid quod q̃tū ē de se natum est inducere alterū ad peccādū:ꝛ tale semper aliquā inordinatōem hz: vel ex genere actus:vel saltē ex circūstantijs psone loci ꝛ tpis. ꝛ iō semper ē pctm̃. ſz q̃nq̃ scandalū actm̃ pōt eē sine peccato alicuius scandalū patientis: q̃n. ſ. aliq̃s q̃tum ē de se dat occasionē ruine: ſz alius non ruit. q̃nq̃ etiaz ecōuerso est scandaluz passiuū sine pctō alicui⁹ faciētis scandalū: vt q̃n aliq̃s sibi sumit occasionē ruine:ex eo q̃ ab altero nō inordinate fit. ℣ Ad p̄mū g̃ dō:q̃ duplex est necessitas vna absoluta siue aliq̃d sit necessariū p̄ seipsum: sic necessariū est deū eē:siue ex coactōe alicui⁹ cause exterioris:sicut violentū dī necessariū: ꝛ sic nō est necessariū scandala euenire. Alia est necessitas ꝓditionata:q̃ ñ repugnat volūtario:ꝛ sic necesse ē scandala euenire necessitate ꝓditōnata ex trib⁹. Primo ex ipsa p̄scientia ꝛ p̄destinatiōe diuina:si cut dicimus: necesse est hoc esse si deus p̄uidit: ꝛ talis necessitas non repugnat libertatis arbitrio: vnde sup hūc locū dicit Chrysо. cū dī:necesse nō spontaneū ptātis destruit:neq̃ libertatē electōis nō igit p̄dictio eius scandala inducit:neq̃ q2 prędixit hoc fit:sed q2 futurū erat: ꝓpter hoc p̄dixit scdo ex inclinatōe fomitis:sicut etiā dicim⁹ q̃ necesse est peccare venialit: q̃uis sit possibile singla venialia peccata vitare. tertio ex vtilitate ꝓsequēte quā de⁹ ex scandalis elicit: sic oia vtilia dicunt necessaria. ℣ Ad secundū dō:q̃ ſz illā glo. videt q̃ Petrus nō peccauerit volēs passionē christi impediri:q2 passio christi poterat ꝛ placere laudabiliter:ꝛ displicē fm diuersa:ꝛ tūc scandalū sumit large p quolibet impedimento alicui p̄stito in via

aliqua: quã ꝓsequi intendit. ¶ Ad tertiũ dō: q̄ p se loquēdo scandalū actiuū est maius peccatuz q̄ passiuū: qz in vnoq̄z genere cā est potior effectu tñ aliq̄ pōt esse maius passiuū q̄ actū: qñ aliq̄s maioris ruine occasionē sumit q̄ sibi det: sic etiaz qñq̄z est passiuū pctm̄ sine pctō agētis. Qd autē hiero. dicit intelligendū est q̄tū ad genus peccati: z nō q̄tum ad q̄titatem reatus: z tñ alia ꝓpositio falsa est. s. q̄ scandalū passiuum nō sit pctm̄: qz ipsa ipactio spūalis q̄ddam pctm̄ est: inq̄tuz ē q̄dam retardatio a via dei: z q̄uis dicat passiuuz scandalū: nō tñ est oino passio: sz quedā actio: qz eni nō pōt sufficiens peccādi cā ab exteriori ꝓberi alicui: q̄si cogens ipsū ad peccandū: ille q̄ scandaliçat cooperat agenti: z iō peccat. ¶ Ad scōaz q̄onem dō: q̄ actus aliq̄s determinat ad speciē moris duplicit. vno mō ex pte obiecti: sic fornicatio ex hꝰ q̄ ē circa delectabilia tactꝰ: z hec determinatō est mālis: z respicit hitum elicientē actū: alio mō ex pte finis: z hec ē formal specificatō: z respicit hitū imperantē. Cōtingit āt q̄nq̄z q̄ ad eandez speciez determinat actus ex vtraq̄z pte: sic q̄n aliq̄s actꝰ ab eodē hitu elicit z imperat: vt cum q̄s fornicatur ꝓpt delectatōem: q̄nq̄z aūt ex vtraq̄z pte determinat: sz ad diuersas spēs: vt q̄n actꝰ ab vno habitu elicit: z ab alio imperat: sic cuz quis fornicat ꝓpt lucrū: determinat eni ad spēm luxurie ex obiecto sz ad spēm auaricie ex fine: nō tñ sūt ibi duo pcta sz vnū pctm̄ duplex: cū sit vnus actus. q̄nq̄z etiaz euenit q̄ aliq̄s actus nō determinat ad aliquā certā spēm ex pte obiecti: sz ex pte finis: eo q̄ hz determinatū habitū a quo iperat: sz non a quo eliciat sic edificare ꝓximū: quē actū charitas non elicit: qz eꝰ nō est elicē nisi interiores actꝰ p quos non fit edificatio: sz iperat eū z ab alijs vtutibꝰ elicit materialit: nō determinate ab aliq̄: sz ab oibus: quia charitas oibus imperare potest. z qz scandalum actiuū est peccatū oppositū edificationi ꝓximorum: iō mālit loquendo ex parte materie z habituū elicientiū non est spāle peccatū: sz solū loquēdo formalit ex parte finis z habitus imperātis: q̄ est hitus charitati oppositꝰ. s. vitium odij: z ideo q̄n aliq̄s dcm̄ vel factū minꝰ rectū facit: intendēs occasionem ruine ꝓximo pstare: spāle pctm̄ scandaliçando cōmittit. Si āt ꝓter intentōem suā accidat non erit scandalū actm̄ speciale peccatū: tñ erit circūstantia quedaz peccati: eo q̄ sic quilibet actus virtutis hz ordinē ad finem charitatis etiā si actu nō ordinet in finē illū: z sic hz aptitudinez ut impetur a charitate: ita quodlibet pctm̄ q̄tuz ē de se hz ordinē ad ꝯriuz finē: etiā si ille finis nō intendat ab agente. ¶ Ad ꝑmū g̃ dō: q̄ peccatuz scandali actiui inuenit q̄nq̄z sepatū ab oi alia spē pcti: qō ꝙsistit in actu exteriori: ut q̄n actus exteri or de se nō esset pctm̄: nisi inq̄tum p quandā silitudinē peccati: quā hz natū ē pare occasionē ruine in manifesto factū: sic comedere idolatroticuz z iō etiam in diffinitione scandali nō dicit dictuz vel factū puersum: sed minus rectū. z sic patet q̄ obiectio ꝓcedit ex falsis. ¶ Ad scōm dō: q̄ ratio illa ꝓcedit ex pte elicientiū hituū: z non ex parte hitus imperātis. ¶ Ad tertiū dō: q̄ hec circūstātia corā alio nō addit peccato ex sui rōne nouam spēm: sed ex fine ad quē p talē circūstātiā ordinabilis est: vñ ēt peccare in occulto non trahit pctm̄ ad aliam spēm: qz p hoc nō recipit ordinē in aliū finem. ¶ Ad q̄rtū dō: q̄ ille q̄ scandaliçat: z agit z patit: actio āt sua non ptinet ad genus scandali sed ad aliud quodcūq̄z: sola aūt passio sua ptinet ad genus scandali. z qz nullus peccat fm q̄ patit sed solū fm q̄ agit: iō scandalū passiuū nō ponit speciale peccatū: sic scādalū actm̄: qō ex ipa actione ad genus scandali ptinet. ¶ Ad tertiā qōez dō q̄ duplex est scandalū: vt dcm̄ est. s. actm̄ z passiuuz: z vtrūq̄z est qñq̄z veniale: qñq̄z mortale peccatū. passiuū quidem mortale peccatum est q̄n aliquis ex pctō alterius i pctm̄ mortale ruit: siue fcm̄ agentis sit bonum: siue indifferens: siue mālū: mortalis aut venialis peccati. sed veniale pctm̄ est q̄n aliquis ex facto alterius quocūq̄z nō ruit: sed disponit ad ruinā: sicut qui impingit disponitur ad casum: etiā si non cadat: vñ glo. Ro. xiiij. Scandalū ꝓristatōem nominat. sed actiuū scandalū potest accipi duplicit: vno mō formalit q̄n. s. est spāle peccatū: ex hoc q̄ intendit aliū scādaliçare: z sic si intendat ꝓximum inducere in peccatum mortale mortaliter peccat. si autem intendat inducere ad aliquod veniale: peccat venialit: q̄tum ptinet ad rōnem scandali: quia si intenderet ducere in peccatum veniale per actum mortalis peccati: peccaret mortaliter: sed hoc accideret scandalo. alio modo materialiter: quando est circunstantia peccati: quia non intendit ꝓximi nocumētū: z tūc idē iudiciū ē ō scādalo: z de actu q̄ aliquis scandaliçat: qui q̄nq̄z ē veniale: q̄nq̄z mortale peccatum: nisi forte esset veniale aut indifferens habens similitudinē mortalis peccati. tunc enim scandalum actiuum esset peccatum mortale: cum ex aliquibus circūstantijs concurrentibꝰ ex q̄bus estimari ꝓbabiliter possz q̄ infirmi aspicientes peccarēt mortaliter. ¶ Ad ꝑmū g̃ dō: q̄ dñs loquitur de scandalo actiuo: quod est pctm̄ mortale. ¶ Ad secūdū dō: q̄ ille qui scandaliçat non aufert semper vitam spūalem: qz q̄nq̄z factū eꝰ non ē natū inducere in pctm̄ mortale: z si aliquis ēt ex hꝰ p culpā suā in pctm̄ mortale ruat. z ꝓterea q̄ aufert vitā corꝓralē: dat sufficientē cāz nālis mortis. sz q̄ scandaliçat nō dat sufficientem cām mortis spūalis: ut dictum est.

# AD tertiū sic ꝓcedi

tur: videt q̄ scandalū passiuū non sit tm

puſillor: chriſtus. n. puſillus nō fuit: ſed pfectiſſimus. ſed chriſtus paſſus fuit ſcandalum a Petro cui dixit: Scandalum mihi es. Matth. xvj. g̃ ꝛc. ¶ Ñ. nullus pōt amare: niſi aliq̃s amet. g̃ nullus pōt ſcandaliçare: nili aliq̃s ſcandaliçet. ſz ille qui coꝛā pfectis viris peccat: ſcandaliçat non alios q̃ videntes. g̃ pfecti ſcandaliçant: ꝛ ſic nō ſolū puſilli. ¶ Ñ. ēt pfecti interdū venialiť peccāt. ſz qñq̃ veniale pctm̃ ē ſcandalū. g̃ etiā pfecti ſcandaliçantur. ¶ Sz ꝯ ē q̃ dñs Mat. xviij. vbi loquitur de ſcandalo: non facit mentiōez: niſi de ſcandalo puſillor. g̃ ipſi ſoli ſcādaliçant. ¶ Ñ. apl's Ro. xiij. vbi dic̃ de ſcandaliçat: q̃ ꝓſcia eoꝛ cū ſit infirma polluit. ſed pfecti nō hñt ꝓſciam infirmam. g̃ ꝛc. ¶ Ulteriꝰ vī q̃ ēt pfectis cōpetat ſcādalū actiuū chriſtus. n. pfectiſſimus fuit. ſed ipſe ſcandaliçauit: q̃ poſit' ē in ruinā mltoꝛ: vt dicit Luc. ij. Et phariſei audito vbo eius ſcandaliçati ſūt: vt dicitur Mat. xv. g̃ ſcandalū actiuuz cōpetit pfectis. ¶ Ñ. Petrus poſtq̃ fuit ſpūſco cōfirmat' pfect' fuit. ſz ipſe ſcandaliçauit: q̃ fco ſuo cogebat gētes iudaiçare. g̃ ꝛc. ¶ Sz ꝯ: nō. n. eſt eiuſdē ꝓuocare exemplis ad bonū: ꝛ ſcandaliçare. ſz ꝑmū eſt pfectoꝛ: vt pz Mat. v. Sic luceat lux veſtra ꝛc. g̃ nō eſt eoꝛuz ſcandaliçare. Ulteriꝰ vī q̃ ſoli pfecti pñt ſcandaliçare: q̃ ꝯria ꝯrijs rñdere debent. ſed ſcandalū paſſiuū diuidit ꝯ actiuū. cū g̃ ſolis puſillis ꝓueniat ſcandalū paſſiuū ſolis pfectis ꝓuenire poterit actiuū. ¶ Ñ. ille ſolū ſcandaliçat: q̃ exemplo ſuo ꝓuocat ad peccandū: ſz hoc eſt illoꝛū tm̃ quoꝛ vita in exemplū alioꝛ eſt poſita. ſ. plātoꝛ: ꝛ religioſoꝛ. g̃ ipſoꝛ tm̃ ē ſcandalū actiuū. ¶ Sz ꝯ: Petrus añ paſſionē nondū erat in ſtatu pfectōis: q̃ nondū erant celi. i. apl'i vbo dei: et ſpū oris eius ꝓfirmati. ſed ipſe q̃tuz in ſe fuit ſcādaliçauit: vñ ei dī: Scandalū mihi es. Mat. xvj. g̃ ſcandalū actiuū nō eſt pfectoꝛ tm̃ Q ñdeo dō ad ꝑmā qōnem: q̃ ſcandalū paſſiuū patit aliquis duplicit̃: vno mō ex ꝓpa electōe: ſicut cū quis videns aliq̃ peccantē eligit ſequi eū ad peccandū ꝛ ſic nō eſt pfectoꝛ ſcādalū paſſiuū: q̃ ipſi ſequūtur ꝓncipaliť chriſti exemplū: ꝛ p̄cepta dei: ꝛ rōis bonū: vñ nullius exemplū ꝯ p̄dcā ſequunt̃. alio mō p̄ter electōem: ſicut cū ex fco alter' alicui ſb̄oritur aliquis ꝓcupiſcentie motus: vel etiā triſticie: aut ire: aut alicuius huiuſmodi: ꝛ ſic ſcandalū paſſiuū pōt eſſe quoꝛūlibet pfectoꝛ. ſm ſtatū vie. ſz q̃ ꝓncipale moꝛis electio eſt: vt phs dicit i viij. Ethi. cōit dī q̃ ſcandalū paſſiuū non eſt pfectoꝛ. ¶ Ad ꝑmū g̃ dō: q̃ chriſtus dixit Petro: Scandalū mihi es. nō q̃ ex facto eius ſcandaliçatus ſit: ſz q̃ Petrus q̃tū i ſe fuit aliquo mō ei ſcādalū dedit. ¶ Ad ſecūdū dō: q̃ grāmatice loquēdo oīs actiua ꝓuertit̃ in paſſiua: q̃ grāmatic' nō ꝓſiderat ſb̄am actōis: ſed modū ſignificādi. oīe aūt vbum actiuū ſignificat actōnem ut in alium trāſeuntē: ſz ꝓſiderando ſb̄am actōis aliq̃n actio egredit̃ ab agente: ꝛ nō ptingit vſq̃ ad patiēs: q̃ḋ hz in ſua ptāte recipere effectum agentis: ꝛ nō recipere: vel ꝓpter aliquod impedimentū interueniens: ꝛ ideo realiť loquendo in oībus actōnibus que terminant̃ ad aliquid extra agētē actiua nō ꝓuertit̃ in paſſiuā: ſicut eſt pcutē: occidere: ſcandaliçare: ꝛ alia huiuſmodi: ſed amare, ꝛ cognoſcere ſūt actus interioꝛes aīe: que non ꝓgrediunt̃ ad rem extra: niſi ſm q̃ eſt aliqualiť in ipo agente: ꝛ ideo in talibus actionibus etiā realiť loquendo ſē per actiua in paſſiuaz conuertit. ¶ Ad 3m dō: q̃ q̃uis vir pfectus qñq̃ ex electione etiam aliq̃ḋ veniale peccatū cōmittat: ſiue ex ꝓpoſito: nō tñ eligit ſequi aliquē in peccato etiā veniali: quia iſta eſt valde leuis cā peccandi: ſed qñq̃ alia cā mor' peccatum veniale eligit. ¶ Ad ſcdam qōnem dō: q̃ ſcandalum actiuuz qñq̃ eſt veniale: qñq̃ moꝛtale peccatum: vt ex dictis patz: ſm ergo q̃ ē moꝛtale peccatū nullo modo pfectis competit: ſic nec peccare moꝛtaliť: ſed ſm q̃ eſt veniale peccatum conuenit etiam qñq̃ pfectis: ſic̃ ꝛ pctm̃ veniale: i q̃tum in eis aliquid ifirmitatis remanet: ¶ Ad ꝑmū g̃ dō: q̃ quia aliqui ex factis aut dictis chriſti ſūpſerunt occaſionē ruine: dī eē in ruinaz ꝛ in ſcandalum: nō q̃ ipſe dederit aliquam vel modicam occaſionez ruine. vñ non legitur q̃ chriſtus aliquos ſcandaliçauerit: ſz q̃ aliqui ex factis vl' vīs eius ſcandaliçati ſūt. ¶ Ad 2m dō: q̃ Petrus fuit g̃. in rei veritate rep̄henſibilis fuit in fcō illo: non quia puerſe operatus ſit: ſed indiſcrete: ꝛ ideo ſm hoc non eſt inconueniens dicere q̃ venialiť peccauerit ſcandaliçando. ſed quō dicto. excuſet Petrum etiā a peccato veniali ſupra diſ. j. o cm̃ ē. ¶ Ad tertiā qōnem dō: q̃ etiā impfecti pñt dare ſuo dicto vel facto alī occaſionē ruine: vel indirecte ꝓuocando exemplo: vl' directe ꝓuocando ad malū ꝑſuadendo vbis: aut cōmouēdo factis: ꝛ ideo ñ ē dubiū q̃ quilibet impfectus pōt ſcandaliçare. ¶ Ad ꝑmū g̃ dō: q̃ in viris pfectis eſt aliqua diſpoſitio ꝓhibens ſcandaluz paſſiuū ab ipſis. ſed in viris impfectis nihil eſt q̃ḋ ꝓhibeat ſcandaluz actiuū: ꝛ ideo rō non ſequit̃. ¶ Ad 2m dicendū: q̃ ſcandalum actiuū non conſiſtit in hoc tm̃ q̃ aliq̃s exemplo ſuo ꝓuocet aliū ad peccandū: ſed in hoc q̃ dat occaſionē ruine alteri q̃ctūq̃ mō. Cōſtat āt q̃ q̃libet imperfectus pōt dare alteri occaſionē ruine: vel ꝑſuadendo vbis: vl' ꝓuocādo ad ipatientiā p ūuſtas pſecutōes: ꝛ iō ñ ē dubiū q̃ ipfect' pt ſcādaliçare: ꝛ tñ ēt ſm ē q̃ḋ dī q̃ ipfect' ñ ſcandaliçat p modū exēpli: q̃ de' vnicuiq̃ mādauit ō ꝓxio ſuo: vt pz Eccle. xvij. ꝛ iō q̃libz tenet̃ ad h' q̃ edificet ꝓximū exēplo ſuo. experimēto ēt ſcit̃ q̃ exēplo eoꝛ q̃ ñ ſt i ſtatu pfectōnis mlti ad peccanḋ ꝓuocant̃: q̃ nō ſolū exempla maioꝛ: ſz ēt eq̃liū ꝛ minoꝛ nata ſunt mouere.

AD quartuz sic procedit: Uideꝛ q veritas sit ꝑpter scādaluz dimittenda. i parabola de ziçania dicit glo. Aug⁹ Cū mltitudo est in cā vel ꝓnceps detrahendū est seueritati. sed nō nisi ꝓpt scandalū. g veritas iusticie ꝓpt scandalū dimittēda est. ¶ Ꝑ. vitatio cuiꝰ libet peccati ptinet ad veritatē vite. sed hō ad vitandū scandalū ꝓximi debet peccatū veniale cōmittere: quia plus debet cauere dānū eternū ꝓximi qđ patit ꝑ peccatū mortale quo scādaliçatus ruit q dānū tpale suū qđ patit ꝑ peccatū veniale. g veritas vite dimittēda est ꝓpt scandalū. ¶ Ꝑ. aliqñ subtrahit pdicatio ꝑpter scandalū generale. sz pdicatio ptinet ad veritatē doctrine. g veritas doctrine dimittenda est ꝓpt scandalū. ¶ Sed ꝓtra est qđ Greg. dicit: si de veritate scandalū sumitur vtilius pmittit nasci scandalū q veritas reliquat. g veritas nō est ꝓpt scandalū dimittēda. ¶ Ꝑ. hō nō debet peccare vt alteriꝰ peccatū vitet. sed ille q dimittit veritatē peccat. g nō debet ꝓpt scandalū alterius aliqs veritatē dimittere. ¶ Ulteriꝰ videt q ꝓsilia sint ꝓpt scandalū dimittēda: quia regula est Hiero. q oīe qđ pōt fieri vel nō fieri salua triplici veritate dimittendū est ꝓpt scandalū. sz consilia sūt huiusmodi. g sūt dimittēda ꝓpt scādaluz ¶ Ꝑ. votū religionis quoddā ꝓsiliū est. sed hō debet dimittere religionis igressū ꝓpt scandalū ꝑentum: ne honoꝛ eis debitus subtrahat: qꝛ ꝑceptuz ē: Honoꝛa parētes. Exo. xx. g ꝓsilia sunt ꝓpt scandalū dimittēda. ¶ Ꝑ. opa mie qñq dimittenda sūt ꝓpt scandalū: ne credant fieri intentione vane laudis. sed opa mie sunt in consilio vel in ꝑcepto nec sūt dimittenda fm q sūt in ꝑcepto: qꝛ tā pertinent ad veritatē vite. g sūt dimittenda ꝓpt scādalū iuquātū sūt in ꝓsilio. ¶ Sz ↄ: scandalū est dictuz vel factū minus rectū. sed ꝓsiliū nō est de reb⁹ minus rectis: sz de maioꝛib⁹ bonis. g nō est dimittenda pp scādalū obfuatio ꝓsilioꝝ. ¶ Ꝑ. Hiero. dic ad Eliodoꝛ. s. puul⁹ i collo pēdeat nepos: sz ipso crine z scissis vestib⁹ vbēa sua oñdat mr: lz i limie pi iaceat: pcalcato pge pie: siccis oc̄lis ad vexilluz crucꝛ euola: solū gen⁹ pietatꝛ ē i hac re esse crudelē loquit aūt de assūptōe religionis. g ꝓsilia non sūt dimittenda nec etiā ꝓpt scādala ꝓpinquoꝝ: z ita multo minus ꝓpt scandala alioꝝ. ¶ Ulteriꝰ vī q res tpales sint dimittende ꝓpter scandalum: Aplo enim debebantur tpalia qui spualia semiabat. sed apl's non vsus est hac potestate ne offēdiculum darēt euāgelio chr̄isti: vt patet pⁿ Loꝛ. ix g z nos ꝑ scandalo vitando tpalia debem⁹ abīcē ¶ Ꝑ. aliqs tenet dare rē suā existēti vltia i necessitate ad mortē tpalē euitandā. sed magis debemus obuiare morti spuali ꝓximi q corꝑali. g potius debem⁹ ei rem tpalē dimittere q dimittam⁹ eum in mortē spualem cadere ꝑ scandalū. ¶ Ꝑ. inter oīa tpalia cibus maxie necessarius est coꝛpoꝛi. sed cibus dimittendus ē ꝓpt scandalū: dicit. n. j. Loꝛ. viij. Si esca scādaliçat fratrē meū nō mād̄ucabo carnes in eternū. g multo foꝛtius alia tpalia sunt ꝑpter scandalū dimittēda. ¶ Ꝑ. ꝓma Loꝛ. vj. dic aplus. Jaz delictū est in vobis q iudiciū habetis inter vos qꝛ nō magis iniuriā patimini. hoc autē nō dicit nisi ꝑpter scandalū qō inde sequebatur. g ꝑpter scandalū hō debet dimittere tpalia ne ea in iudicio repetat. ¶ Ꝑ. decime ꝓputantur inter spualia tpalibus annexa. sed ecclesia nō exigit decimas vt scandalū vitet. g z multo foꝛtiꝰ alia tpalia sūt ꝓpt scādalū dimittenda. ¶ Ꝑ. i ordie charitatꝛ debem⁹ bonū spuale ꝓximi bono nr̄o tpali ꝓponere: sicut etiā aiam eius coꝛpoꝛi nr̄o. g ꝓmuz debem⁹ dimittere bona nr̄a tpalia: q ꝓximi i spualibus detrimēta patiant ꝑ scandalum. ¶ Ꝑ. hō pōt dimittere tpalia vl nō dimittere salua triplici veritate. g fm regulā Hieronymi debēt ꝓpt scandalū tpalia dimitti. ¶ Sed ꝓtra beat⁹ Thomas cātuarien'sis repetit res ecclesie cū scandalo regis g z nobis licet repetere bona tpalia cum scandalo alioꝝ. ¶ Ꝑ. nullus ex peccato suo debet reporta re cōmodum. hoc aūt esset si ei q scandaliçat res aliene quas detinet dimitterent. g non sūt dimittē de res tpales possidenti iniuste ꝓpt scandalū eius vitandum. ¶ ñdeo dō ad. j. qōez q scādalū actiuum nūq est sine peccato facientis vt ex dictis pz nulla aūt de causa debet aliqs inclinari ad peccādum. vñ potius debet oīa ptermittere q scādaluz actinū faciat. nec vnq ꝑpter scandalū actiuuz vitandum potest dimitti veritas: quia quicūq veritatem sequit non scādaliçat actiue: cum scādaluz actiuū sit factū vel dictū minus rectum. vnde cū querit virū veritas sit dimittenda ꝑpter scādaluz non intelligit questio ꝺ scandalo actiuo sz ꝺ passiuo: qđ interduz est sine peccato facientis illud vñ scandali occasio sumit: q quis nūq sit sine peccato eius qui scandaliçatur: vt ex dictis pz. Et iō cuz q ritur quid sit dimittendum ꝑpter scandalum pasiuum: nihil aliud est querere q quid hō debeat dimittere ne alius peccet. Cum aūt homo ex ordine charitatis se plus q ꝓximū in spualibus bonis diligere teneat: nullo modo aliquis peccare debet vt peccatū alterius vitet. quicūq autem veritatez relinquit peccat. veritas aūt de qua loquimur cōsistit in hoc q homo in dictis z factis suis rectitudini diuine siue diuine legis regule se cōformet: cui quidem homo conformari debet: z in his que ad cognitionē ptinent. z hoc pertinet ad veritatez doctrine: z in his que ad actionem spectant: siue ea debeat aliquis ꝑ seipsum agere qđ ptinet ad veritatem vite: siue ea debeat ab alijs obseruanda ꝑmulgare: qđ ptinet ad veritatem iusticie. q cōsistit in rectitudie iudicij: nō tamen quicūq ꝓmittit aliquid in quo se diuine legi cōformare pōt dicit

veritatē dimittere: qz illo remoto veritas adhuc remanere pōt. Sed tūc dicit aliquis veritatem dimittere qñ dimittit vel facit aliquid quo omisso z facto veritas non manet: qđ sine peccato esse nō pōt: z iō nullo modo veritas ꝓpter scandalū passiuū alterius dimittenda est. ¶ Ad p^m ġ dō q̄ iustitie actus est reddere vnicuiq; qđ suū est. Dupliciter aūt redditur vnicuiq; qđ suū ē. Uno modo qñ datur ei illud qđ sibi directe vtile est: vt pecunia vel argentū: vl' aliquid huiusmodi qđ sibi sine peccato denegari nō pōt: vñ quātūcūq; scandalū debeat sequi iudex debet facere q̄ ius suū ili redda tur. Alio modo qñ opus iustitie qđ ad petitōem alicuius reddit: non directe cedit in bonū petētis sed magis in bonū reipublice: sicut patet i illatiōe penaz quibus pax in re publica ꝓseruat malefactoribus repressis: vñ si iudex qui curam reipublice gerit videt ex inflictione pene maius icōmodū rei publice ꝓuenire: pōt penā vel ꝓtermittere vel mittigare: nec alicui in hoc facit iniuriā: quia ipe psonam reipublice gerit: z hoc etiā facere debet: quia ex officiō tenet vtilitati publice ꝓuidere. h° aūt contingit ꝓcipue qñ ꝓnceps vel aliqua mlti tudo est in causa: aut aliquis de cuius pena timet ne scisma sequat: z iō dicit Aug^s q̄ cuz multidine peccantiū agendū est magis monendo q̄ minādo seueritas exercenda est in peccato pauco. ꝛ. ſz hoc intelligendum est qñ ex dissilatōe peccati ꝓcipis vl' ēt mltitudinis maius ꝑiculum non timetur q̄ ex pena: vnde si ex ipunitate ꝓncipis vel multitudinis fides z doctrine veritas: z boni mores corrūpantur: non ꝓcendū est ꝓncipi nec multitudini qđ ꝑcipue contingit qñ peccantes suum peccatuz auctoritate aut potestate ōfendere moliuntur: vñ Isodo. dic: Di q̄ neq; a vitio correctionis emēdātur atq; hoc ipsum delictū qđ ꝓmittūt vendicare quadaz superstitiosa auctoritate nituntur: nec gradum honoris nec grām recipiant communionis. ¶ Ad 2^m dō q̄ homo aliqđ peccatū veniale cōmittere ne alius peccet mortaliter non tenet: nec bñ facit cōmittendo: quia ad vitandum peccatuz non inclinamur ꝓncipaliter ex dāno proprio quia hoc essz desistē a peccato timore pene: ſz iclīamur ne dei offēdam^r: cui^s offensa ē ēt veniale peccatū quāuis nō ita magna sicut mortale. nullus autem debet deū offendere parū ne ali^s offendat multuz q̄z hō debz in infinitū plus diligere deū q̄ ꝓximū z iō nullus debz facere peccatū veniale ad vitādū scandalū dūmō actus suus ex tali cā fact^s peccatū veniale remaneat. ē. n. oppositio i adiecto si dicat q̄ aliqs debet peccare aut bñ facit peccādo. ꝓtigit tñ aliquē actū ex tali cā factū nō esse peccatū veniale qđ alias veniale esset: sicut dicere vbū ociosuz iam. n. nō esset ociosū: cū non careret cā pie vtilitatis. ¶ Ad 3^m dō q̄ in doctria est ꝓsiderare duo s. actū docentis: z rem q̄ docet. act^s aūt docentis ptinet ad veritatem vite sicut z aliū actus misericordie: quia doctrina est elemosyna spūalis: vt supra dis. xv. dictū est: vñ de ea est idem iudicium z de aliis actibus misericordie: de quib^s post dicet q̄ aliqñ ꝓpter scandalum differri possūt: sed res ipa que docetur est que ptinet ad veritatē doctrie nec veritas doctrie ꝓtermittit qñ aliqua res vera tacet: sed qñ veritati illius rei ꝓiudiciū generatur siue ex ꝓpria doctrina siue ex taciturnitate aliq̄uz z sic ꝓpter nullū scandalum est veritas doctrine relinquēda. ¶ Ad. ij. qōez dō q̄ oia opa pfectōis que nō sunt in ꝑcepto ꝓsilia dicunt: vñ ꝓtermitti possunt salua triplici veritate: sed aliqñ cadūt sb ꝑcepto: vel ex voto vl' ex aliq̄ alia circūstātia. z tūc ꝓtermitti non possūt sine ꝓiudicio veritatis vite z sic de eis nūc nō loq̄mur: sed solū qñ manet in ptāte nra facere ea vel nō facere. Sic ergo loquēdo distinguendū est in scādalo passiuo: qz qñq; oritur ex malicia odientiū veritatē: qui turbātur z alios turbant ꝓpter opa lucis quasi filij tenebrarum: z hoc est scandalū phariseoz. vt Ber. dicit z ꝓpter hoc scandalū passiuū nullo modo ꝓsilia sunt dimittenda: quia sic iniquis daret locus ipediendi opa pfectionis cum vellent: vñ dns dixit d pharisēis qui ex malicia scandalizabant ex factis z dictis ei^s: Sinite illos: ceci sūt z duces cecoz. Qñq; aūt oritur ex ignorātia vel infirmitate: Et hoc dicit ꝑm Ber. scandalū pusillorz qui non cognoscūt veritatez: z ꝓpter hoc de opibus vītatis turbant: z hoc scandalū cauit dns Matth. xvij. vbi dixit Petro: Ut aūt nō scandalizem^r eos z. z cauere docuit Matth. xviij. vñ ꝓpter tale scandalū passiuū ꝓsilia sūt ad tps imittenda: vel occulte agenda. non aūt omno dimittenda: qz homo plus sibi q̄ ꝓxis i spūalib^s ꝓuidere debet: z ignorantia si diu duret in malicia p obstinatōez ꝓmutatur: tñ attendēda est quātitas scādali z boni qđ ꝓtingit ex ꝓsilio fuato: z ꝑm hoc aliqñ ꝓsilia sunt ꝓtermittenda ꝓpter scandalum pusillorum: vel scandalum contēnendum ꝓpter consilia. ¶ Ad p^m ġ dō q̄ ad veritatē vite ptinēt nō soluz illa q̄ sūt de necessitate salutis ſz etiā ea q̄ sunt de pfectōe salutis: vñ q̄uis omissis ꝓsilijs saluet aliq̄ mō vītas vite nō tñ pfectio vītatis vite: vñ vbum Hiero. magis referendū ē ad indifferētia ex genē suo q̄ ad ꝓsilia. ¶ Ad 2^m dō q̄ in eo q̄ religionez vult itrare distinguendū est: qz aut sibi timet de piculo salutis imminēte si i seculo remaneat: z tunc oz oibus modis obuiare piculo vite: scādalo nō obstante. si aūt non imineat z voto nō obligat: oz ꝓ vītādo iusto scādalo parentū qb^s sbuenire tenet ad tps suspēdere ꝓpositū pfectōis vt ꝑceptū iplear ꝓ suo tpe de honorādis parētib^s: z postmodū ꝓsiliū tpe magis idoneo. Si aūt scādalū ꝓpiq̄uz vl' aliozz sit irrationabile: iā accedit ad scādalum phariseoz: vñ tūc ꝓpt scandalū nō oz ꝑmittere

bonū ꝓpositū: sed si voto obligatus sit: iam ꝺ cō silio factū est ꝑceptū: ⁊ iō nullo modo ꝓpt̄ scāda lum ꝺimittere ꝺebet: qz hoc esset ꝑiudiciū vitatis vite. ¶ Ad 3m ꝺō q opa mificoꝛꝺie sicut ⁊ ꝓsilia sūt ad tps suspendenda ꝓpter scandalū pusillozꝫ nisi in illo casu in quo cadunt sb ꝑcepto: siue sint elemosyne spūales siue coꝛpoꝛales: qz tūc nō pñt omitti salua veritate vite. ¶ Ad 4m ꝺō q illa ꝺif finitio ꝺatur ꝺe scādalo actiuo: quo remoto etiā ꝓpter passiuū interduz est opus bonū ꝺimittēdū vel etiam suspendendū. ¶ Ad 5m ꝺō q Hiero. loquitur ꝺe scandalo ꝓpinquozꝫ irrationabili.

¶ Ad. iij. qōez ꝺō q abȝcere tpalia vl̄ ꝺimittere cōtingit ꝺupliciter. Uno mō cū ꝗs ꝺat qō penes se habet. Alio modo cū nō repetit q̄ sibi ꝺebētur ⁊ ꝺe istis ꝺuob' fere est iꝺem iuꝺiciū. Scienduz ꝙ est q aliqñ aliqs non ꝺans rem suā alteri scanda lizat actiue: vel quia ꝺare tenet: vel quia malo moꝺo ꝺenegat: ⁊ sic nulli licet retinere q̄ possiꝺet cum scandalo actiuo. aliqñ vero sequit scandalū passiuū ex hoc q aliqs rem tpalē non ꝺonat: ⁊ i hoc ꝺistinguendū est: qz qñqz non pōt ꝺare sine peccato vel quia scit illū cui ꝺat vsurū re ꝺata in malos vsus: vel quia non pōt ꝺare rem tpalē vni sine ꝑiuꝺcio alteri': sic si illi qui gerūt alicui' cōi tatis curā ꝺent aliq ex quoꝛ ꝺiminutiōe fiat peioꝛ ꝺitio illi' cōitatis: ⁊ tūc nō ꝺebet ꝺare tpalē rem ꝓpt̄ scādalū vitādū: qz hoc esset facē ꝯ veritatem iustitie aut vite. Qñqz aūt pōt ꝺare sine peccato ⁊ tūc in scādalo passiuo ꝺistinguendū est: qz qñqz ꝓcedit ex malicia: ⁊ tūc nō tenet hō rem suā ꝺare malicioſe petēti: alias nō remaneret locus vtendi re sua: ⁊ sic ꝑiret bonuz cōe: pōt tñ ꝺare quasi ex ꝓsilio: nō quasi ex ꝑcepto: nisi forte crederet ꝙ ex ꝺatione ille efficeret ꝺeterioꝛ: puta si ex hoc ꝓpo caret ad alias malicioſe petendū ⁊ iḋetandū p hu iusmōi petitōes alias: tūc. n. peccaret ꝺādo. Quā doqz aūt scādalū passiuū ꝓcedit ex ignoꝛantia: ⁊ tūc pōt ꝺare q̄si ex ꝓsilio: sed nō tenet q̄si ex ꝓcepto qz pōt petentē repellere instruēdo eū: ⁊ hꝰ qñ qz magis ꝓdesset: qñ. ſ. esset talis ignoꝛātia q̄ vgeret i ꝑiuꝺiciū vitatis ꝺoctrie q̄ si ꝺaret res tpalis: qz p hoc ille i suo erroꝛe foueret: sicut pz ꝺe hētic illis ꝙ ꝺicūt ꝙ qlibet ꝺz bona sua paupibus ꝺare petentibꝰ etiā extra casū neceſſitatis extreme. Si militer ēt ꝺrepetitōe suoꝛ ꝺōz ē: qz nullus ꝺebet scādalū actiuū ꝓmittere rem tpalē repetēdo neqz petēdo q̄ nō ei ꝺebent: neqz ioꝛdinate petēdo i iu ꝺicio aut extra iuꝺiciū. Sz ꝺe iusta repetitōe reꝛ tpaliū ꝓpt̄ scandalū passiuū vitandū ꝺimittenda est ꝺistinguēdum: qz qñqz licite nō. pōt ꝺimittere qui repetat sine ꝑiuꝺicio alteri': vt cū ꝗs gerit cu rā rei aliene: siue cōitatis siue alicui' ꝓuate ꝓsone: ⁊ tūc peccaret ꝺesistēdo a petitōe: nisi ꝺe cōsensu illi' cuius curā gerere ꝺebet: aut nisi timeret maꝰ piculū iminere ꝙ sit ꝺānum illi' rei. qñqz aūt pōt ꝺimittere repetitōez sine ꝑiuꝺicio alieno: ⁊ tunc si scandalū passiuū ꝓcedat ex malicia: non tenetur ꝓpter scādalū tale ꝺimittere sue rei repetitionem alias ꝺaret materia rapiendi ⁊ tolleret iustitie bo nū. Pōt tñ licite ꝺimittere repetitōem ad vitādū tale scandalum: nisi ex tali ꝺimissione credat ꝺeti nens rem iniuste fieri ꝺeterioꝛ: aut ꝺe tali peccato non coꝛꝛigi alio modo: vnde Grego. ꝺic sup illud Job. Frustra laboꝛaui. quidā ꝺuz res tpales rapi unt solūmodo sunt tolerandi. quidā vero ꝺata charitate sunt ꝓhibendi: non tñ sola cura ne nr̄a subtrahant sed ne rapiētes non sua semetipos pꝛ ꝺant. Si aūt scandalū passiuū ꝓcedat ex infirmi tate vel ignoꝛantia ꝺebet ꝺifferre sue rei repetitio nem: vel eum inducere ꝙ non scandalizet: ꝙ si ad huc scandalizat iam p obstinatōem malicioſus ef ficitur: ⁊ iō simile est iuꝺiciū ꝺe tali scandalo ⁊ ꝺe illo qō ex malicia oꝛit. Quidā tñ ꝺicunt ꝙ ipfecti licez in iuꝺicio repetere sua cum scandalo: nō autē pfectis: sed hoc nihil est: quia si loquatur ꝺe per fectis quātum ad statū pfectionis idez ē iuꝺiciuz ꝺe eis ⁊ ꝺe alijs nisi quatenus ex voto obligantur ad non habendū ꝓpꝛium: vnde monachus in iu ꝺicio eoꝺem iure pōt petere res tpales noīe caplī: sicut secularis noīe sui. Si aūt loquātur ꝺe pfecti ſm statum charitatis: sic ipsa perfectio charitatis inducit eos ad seruandū ꝓsilia: non ꝙ ea facere te neantur: nec peccarent si non facerent: sed in hoc pfectioni eoꝛꝫ aliqꝺ ꝓeiuꝺicium fieret: ⁊ sic intel ligitur glo. illa. j. Coꝛ. vj. sup illud: Qz non magꝭ fraudem patimini: perfectis licet repetere sua sim pliciter. ſ. sine causa: sine lite: sine iuꝺicio: sz nō cō uenit eis mouere cām ante iuꝺicem. non enīz pōt hoc intelligi ꝺe perfectis quo ad statum: sicut sūt religiosi: quia tales non habent ꝓpꝛium. vnde nihil esset ꝺictum ꝙ sua possent repetere simplici ter: illa autem que habent in cōmuni sunt capitlī vel pauperum: vnde possunt ea repetere in iuꝺi cio: quia tunc gerunt curam rei aliene. Qꝺ ergo ꝺicitur in glo. intelligenduz est ſm gradum cha ritatis: licet enim tales in iuꝺicio repetendo sua ñ peccent: tamen pfectioni eoꝛꝫ ꝺerogatur: vñ glo. ñ ꝺicit ꝙ talibus liceat: sed ꝙ eis non conueniat.

Sciendum tñ ꝙ perfectis etiā illo vltimo modo licet repetere sua ⁊ contendere in iuꝺicio: etiā sine ꝺetrimento sue perfectionis in casibus. Primus ē qñ oꝛit questio ꝺe re spūali: vñ Actl. xv. Luz oꝛta esset qō ꝺe obꝛuatione legaliū: Paulus ꝺetulit ad iuꝺicium apl̄oꝛ Gal. ij. ꝓpter quosꝺam falsos fratres ⁊c. Secundus quando oꝛitur questio ꝺ eo qꝺ potest vergere in ꝺetrimentum rei spiritualis vñ Actl. xxv. Paulus appellauit cesarem ꝓ libe ratione sua quia per eius moꝛtem impediebatur fructus ꝓꝺicationis: ipse tamen quantum in se erat cupiebat ꝺissolui ⁊c. Phil. iij. Tertius quan ꝺo est contentio ꝺe eo qꝺ vergit in tpale ꝺamnuz

altēriꝰ: ⁊ maxime pauperū: Eccle.xxxiiij. Qui offert ſacrificiū de rapina pauperis ⁊c. Quartus qñ eſt ꝓtentio de eo qđ vergit in ſpūale dānū illi⁹ q̄ rem ſpūalē detinet iuſte: de quo ſupra poſita ē auctoritas Grego. ſup illđ Job: Fruſtra laboraui ⁊c. Quitus qñ vergit i corruptōez multoꝝ p exē-plum rapiendi: Eccle.viij. quia nō cito ꝓfert ſen-tētia ꝯ malos ⁊c. ¶ Ad p^m^ ġ đ q ꝙ apl̄s potuiſſet licite ſūptus accipere ab illis quibus euāgelium p̄ dicabat: ſed intermiſit ex pfectōe charitatis: vt vi taret eoꝝ ſcandalum q̄ auari erāt: ⁊ vt liberi⁹ eos arguere poſſet: ⁊ vt pſeudo apoſtolis occaſionez rapiendi ſubtraheret. ¶ Ad 2^m^ đ q ille qui eſt i extrema neceſſitate non habet in ptāte ſua icurre re mortē corporalē aut nō incurrere: ſed ō neceſſi-tate icurrit ꝓpter penuriā rei tpalis: ⁊ iō q̄ illā rē ſibi denegat: directe mortis ei⁹ eſt cā: ſed ille q̄ ſcā dalizat pōt ſcandalū ſuum vitare: ⁊ iō non eſt ſile ¶ Ad 3^m^ đ q comeſtio alicuius cibi habz ex ſe aliquā mali ſilitudinē ſicut comeſtio idolatici: ⁊ iō qui comedit corā infirmis ſcādalizat actiue: qđ eſt maius malū q̄ mors corporalis: quia ſatius eſt fame mori q̄ idolatico veſci. ſ. cum ſcandalo: q̄a pmū eſt malum pene ſecūdum malū culpe: non tñ aliquis debet ſe dimittere fame mori añq̄ cum ſcandalo idolaticū comedat: quia iūgeret ſibi ma nus: ⁊ ſic cum malo pene adiūgeret maluz culpe. Sed qñ comeſtio alicuius cibi nō habet ſpēz ma li: tunc idem eſt iudiciū de abſtinēdo a tali come-ſtione: ⁊ de dimiſſione rei tpalis alterius: vñ qđ apl̄s dicit ad pfectōem ptinet conſilū: nō ad ne ceſſitatem p̄cepti. ¶ Ad 4^m^ đ q apoſtolus lo quitur de repetitione cum ſcandalo actiuo. Or autem dñs dicit: que tua ſunt nō repetas: Luc.vj. ꝓſilium eſt magis q̄ p̄ceptū. ¶ Ad 5^m^ đ q pp generale ſcandaluz debet homo a repetitione rei ſue abſtinere qñ licite pōt niſi ex hoc maius p̄eiu dicū veritati generaret q̄ ſit ſcandalū publicum qđ qñq̄z ex malicia aliquoꝝ inſtigantiū alios ori tur: ⁊ ſic beatus Thomas cantuarienſis ſuſtinuit ſcandalum publicū vt occurreret maiori periclo qđ erat de libertat ecclēſiaſtice amiſſiōe ſuſtinuit ¶ Ad 6^m^ đ q ſi homo plus diligeret rem ſuam tpalem q̄ ſalutem ꝓximi peccaret: ſed aliqñ duz nr̄a repetimus magis ſaluti ꝓximoꝝ conſulimus q̄ nr̄e: vñ Grego. dicit: Plus de ipſis raptoribꝰ de bemus metuere: q̄ rebus tpalibus repetendis in-hiare. ¶ Ad 7^m^ đ q quāuis ſalua triplici veri-tate in hoc pticulari poſſet quis ſua qñq̄z non re petere ꝓpter vitandū ſcandalū: tñ non poſſet eſſe ſine p̄iudicio veritatis publice ſi nō liceret repetē quia pax ⁊ iuſticia periret. ¶ Quia ꝓbari ñ pōt qđ occulte factū eſt. Nec non eſt ſufficiēs ratio q̄re non impediatur mr̄imonium ſimpliciter: quia defe ctus ꝓbationis non excuſaret cōſcientiam a pctō ſed quare nō impeditur in facie eccle. ¶ Uiduas a ꝓpoſito recedentes ⁊c. loquit de ꝓpoſito p votū firmato. ¶ Quid etiam oībus peccatis eſt adul-terio grauius. hoc intelligitur quātum ad grauita tem pene que ſm legem p̄o adulterio inflīgitur: ſcilicet lapidatio vtriuſq̄z: qua nulla pena eſt gra uior. dicitur aūt ſecūdum locum in penis tenere: quia ſecūdum legem lapidatio ſolis blaſphemis ⁊ adulteris debebatur ⁊ filiꝫ inobedientib⁹. blaſ-phemos aūt noīat hic aberrantes a deo: ⁊ i eodez genere inobediētes ꝓputant: quia q̄ſi ſcelus ario-landi eſt nolle obedire: vt patet p^o^ Reg.ix. ¶ Exe crabiliter fit in meritrice ⁊c. Nec ꝓpatio itelligen da eſt de vſu ꝯ naturam: ſed de vſu ſm naturaz ē ecōuerſo. ¶ Legitimaꝝ federa nuptiaꝝ reītegran da credamus. hoc itelligēdū eſt vtroq̄z i hac vita pſeuerante. Sed videt q̄ etiā ſi vn⁹ moriat ⁊ po-ſtea miraculoſe ſuſcitet q̄ ſit reītegrandū mr̄imo-niū p hoc q̄ dicit Hebre.xj. acceperūt mulieres de reſurrectōe mortuos ſuos. ¶ ℞. Reſuſcitat⁹ poſſz repetere poſſeſſiōes ſuas. ġ ⁊ vxorē. ¶ ℞. ſi opor teret iterato ꝯhere cū eadem vxore bigam⁹ repu-taretur ꝓpter duplex mr̄imoniuz qđ ꝯxit. ¶ Et đz q̄ ſm Aug. nuptie ſunt bonum mortaliū: ⁊ iō vinculum matrimoniale cum hac vita finit ⁊ hoc eſt qđ eſt dicitur Ro.vij. ō muliere: Si mor tuus eſt vir eius ſoluta eſt a lege viri. ⁊ iō ſi reſuſci taretur non poſſet repetere vxorem ſuam: ſz poſ-ſet iterato cum ea contrahere niſi illa alteri nup-ſiſſet: tunc.n. non eſſet matrimoniū contractum ſepandum. ¶ Ad p^m^ ergo đ q hoc intelligitur ō filiꝫ ⁊ non de maritis. ¶ Ad 2^m^ đ q poſſeſſio nes ſubduntur ſimpliciter dominio poſſidentis: vñ etiam moriens teſtari pōt: ſed vxor nō ſubdit viri dñio quaſi ancilla: ſed eſt quedā ſocietas iter virum ⁊ vxorem que morte alterius terminatur: vñ vir moriens non poteſt vxorem ſuam alteri in teſtamento dimittere: ⁊ ſic patet q̄ non eſt eadem ratio de poſſeſſionibus ⁊ vxoribus. ¶ Ad 3^m^ đ q non eſſet bigamus ꝓpter hoc: quia neuter con-iugum i pluribus carnez ſuā diuiſit. ¶ Si careat opprobrio male voluntatis. Qđ quidem eſt qñ non ex leui preſūptōe: ſed ex aliquo certo iudicio habito de morte viri mulier cum alio contraxit: ſi aūt poſtea oriat dubitatio aliqua de vita priorꝭ viri ex aliqua cauſa que etiam certitudinem facē poſſit non debet nec reddere nec exigere debitum ſi autem cauſa illa faciat probabilem dubitatōez debet reddere: ſed non exigere. Si autez ſit leuis ſuſpicio poteſt vtrūq̄z licite facere: quia debz illaz cauſam potius abīcere: q̄ ſm hoc ꝓſciam forma re. ¶ Ex quo ad p̄mā redire volens ⁊c. Hic mgr̄ falſum dicit: quia potius debet excōicatus mori q̄ p̄iūgat illi q̄ nō eſt ſua vxor: hoc enim eſſet ꝯ vi tatem vite que non eſt propter ſcandalum dimit-tenda.

¶ Diſtinctio.XXXIX.

POst hoc d dis
pari cultu ꝛc. Postꝙ determinauit magr de impedimẽtis matrimonij q̃ faciũt psonã illegitimã simplr respectu cuiuslibet psone: hic determinat de impedimẽto qd facit eã illegitimaz respectu aliquaz psonaz ꝛ non respectu oiuz. Et diuidit in duas. In pma determinat de impedimẽto qd facit psonã illegitimã respectu alicui⁹ alteri⁹ psone ppter distantiã ab ipa. s. de disparitate cult⁹. In secũda determinat de impedimẽto qd facit illegitimã psonam respectu alteri⁹ psone ppter ppinquitatẽ ad eã. xl. dis. ibi: Nũc supest d cognatiõe ꝛc. Prima in duas. In pma determinat de matrimonio qd ẽ de indisparitate cult⁹ fidelis ad infidelẽ. In secũda de matrimonio qd ẽ inter duos infideles: ibi Sũt tñ nonnulli ꝛc. Prima in ptes duas. In pma oñdit q disparitas cult⁹ pcedens mrimoniũ: impedit ꝯhendũ ꝛ dirimit ꝯctuz. In secũda obꝟcit in ꝯriũ: ibi Huic aũt videt obuiare ꝛc. Et diuidit in duas. In pma ponit obiectionẽ ex vbis apli. In 2ª soluit: ibi Sed ad hoc eẽ aliqd illud ꝛc. Et circa hoc tria facit. Primo oñdit q vbum apli. s. q fidelis hz ptatem cõmanendi vl nõ cõmanendi cũ infideli: intelligit de disparitate cult⁹ qui sequit mrimoniũ. In secũda inqrit vtz ppt alia peccata vxor possit dimitti sicut ppt infidelitatem: ibi Si aũt querit an ppter aliud ꝛc. Tertio inquirit vtz fidelis dimittẽs vxorẽ infidelem possit alterã ducere: ibi Dic q̃rit si fidelis ꝛc. Et circa hoc tria facit. Primo ponit auctoritatẽ ad ptem negatiuã. Secũdo ad affirmatiuã: ibi Sed ꝯ Ambro. ꝛc. Tertio soluit: ibi Attẽde pdicta ꝛc.

Hic querũt sex. ¶ Primo vtz aliquis fidelis possit ꝯhere mrimoniũ cũ infideli. Secũdo vtz inꝛ infideles sit mrimoniũ. ¶ Tertio vtz si alt ꝓiugũ infideliũ puertat ad fidẽ sine altero possit in codẽ mrimonio pmanẽ. ¶ Quarto vtz possit vxorem infidelẽ relinquere. ¶ Quinto vtz ea dimissa possit aliã ducere. ¶ Sexto vtz ppt alia peta vir possit dimittere vxorẽ sicut ppter infidelitatẽ.

## D primuz sic procedit: Videt q fidelis possit matrimonium cũ ifideli ꝯhere: qz Joseph ꝯxit cũ egyptia: ꝛ Hester cũ Assuero. in vtroq; aũt mrimonio fuit disparitas cult⁹: qz alt erat fidelis: alt infidelis. g disparitas cult⁹ pcedẽs mrimoniũ ipm nõ impedit. ¶ ℞. eadẽ ẽ fides quã docet vet⁹ lex ꝛ noua lex. sed fm veterẽ legẽ potat eẽ mrimoniũ inꝛ fidelem ꝛ ifidelẽ: ut pz Deutero. xxj. Si egressus ad pugnã videris mulierẽ pulchrã ī medio captiuoꝝ ꝛ adamaueris eam introcas ad eam dormiẽs cũ ea ꝛ erit tibi vxor. g in noua lege licet. ¶ ℞. sponsalia ad mrimoniũ ordinant sed inꝛ fidelẽ ꝛ infidelem possũt in aliquo casu ꝯhi sponsalia cũ cõditione future quersionis. g sub eadẽ pditiõe mrimoniuz põt ꝯhi inꝛ eos. ¶ ℞. oẽ impedimentũ mrimonij est aliquo mõ ꝰ mrimoniũ. sed infidelitas nõ est ꝯria matrimonio: qz matrimoniũ ẽ in officiuz nature: cuius dictamen fides excedit. g disparitas fidei nõ impedit matrimoniũ. ¶ ℞. disparitas fidei est etiã qñq; inꝛ duos baptiçatos: sicut quãdo aliqs post baptismũ in hereſim labit: ꝛ sit talis cũ aliq̃ fideli ꝯhat: nihilomin⁹ ẽ vez mrimoniuz. g disparitas fidei mrimoniũ nõ impedit. ¶ Sed ꝯ ẽ qz dr. j. Cor. vj. Que quẽtio lucis ad tenebras. ſz maxia quẽtio ẽ inꝛ vtz ꝛ vxorẽ. g ille q̃ ẽ i luce fidei nõ põt ꝯhẽ mrimoniũ cũ illa q̃ est in tenebris infidelitatis. ¶ ℞. Mal. g. dr: Cõtaminauit iudas scificationẽ dñi: qm̃ dilexit ꝛ habuit filiã dei alieni. sed hoc nõ eẽt si inꝛ eos posset vez matrimoniũ ꝯhi. g disparitas cult⁹ mrimoniũ impedit.

Rñdeo dicendũ q ꝓncipal⁹ bonũ mrimonij ẽ ples ad cultũ dei educãda. cũ aũt educatio fiat cõit p patrẽ ꝛ matrẽ: vterq; fm fidẽ intẽdit ad cultuz dei plem educare: ꝛ iõ si sint diuerse fidei intẽtio vn⁹ alteri⁹ intentioni ꝯria erit: ꝛ ita inꝛ eos nõ potest eẽ quentes matrimoniũ: ꝛ ppt hoc disparitas cult⁹ pcedẽs mrimoniũ ipedit ipm ne ꝯhi possit. ¶ Ad ꝓmũ g dicendũ q in veteri lege de aliqb⁹ infidelib⁹ erat pmissuz q cũ eis possent inire ꝓiugia ꝛ de aliqb⁹ phibitũ: spãliter qdẽ erat phibitũ de infidelib⁹ habitantib⁹ in tra chanaã: tũ qz dñs pcepat eos occidi ppt eoꝝ obstinationẽ: tũ qz maꝯ picula imminebat ne ꝓiuges aut filios ad idolatriã puerterẽt: qz filij isrl ad rit⁹ ꝛ ad mores eoꝝ pniores erãt ppt quersationẽ cu eis: ſz d alijs gẽtib⁹ pmisit pcipue qñ nõ potat eẽ timor ptrahẽdi ad idolatriã: ꝛ sic Joseph ꝛ Moyses ꝛ Hester cũ infidelibus mrimonia ꝯxerũt: ſz in noua lege q̃ p totũ orbẽ diffundit: filios rõ phibẽdi ẽ de oib⁹ infidelibus ꝛ iõ disparitas cult⁹ pcedẽs mrimoniũ impedit ꝯhẽdũ ꝛ dirimit ꝯctũ. ¶ Ad 2ᵐ dicendũ q lex illa vel loqtur de aliꝰ nationib⁹ cũ qb⁹ licite potat inire ꝓnubia: vel loquit qñ illa captiua ad fidẽ ꝛ cultũ dei puerti volebat. ¶ Ad 3ᵐ dicẽdũ q eadẽ ẽ hitudo pñtis ad pñs ꝛ futuri ad futuꝝ. vñ sic̃ qñ mrimoniũ in pñti ꝯhit: req̃rit vnitas cult⁹ ī vtroq; ꝯhentiũ: ita ad sponsalia quib⁹ fit sponsio futuri matrimonij: sufficit pditio apposita de futura vnitate cult⁹. ¶ Ad 4ᵐ dicendũ q iã ex dict⁹ pz q disparitas cult⁹ ꝯria ẽ mrimonio rõne ꝓncipalioris boni ipi⁹ qd ẽ bonũ plis. ¶ Ad 5ᵐ dicẽdũ q mrimoniũ sacrm̃ ẽ: ꝛ iõ q̃tũ ptinet ad necessitatẽ sacri: req̃rit paritatẽ q̃tũ ad sacrm̃ fidei. s. baptismũ magis q̃ q̃tũ ad interiorẽ fidẽ: vñ etiã hꝰ ipedimẽtũ nõ dr disparitas fidei ſz disparitas cult⁹ q respicit exteri⁹ fuitiũ: ut in. iij. li. dis. ix. dcm ẽ: ꝛ ppt

hoc si aliqs fidelis cū heretica baptiçata mr̄imoniū ꝫhīt: vex ē mr̄imoniū q̄uis peccet ꝫhendo si sciat eā hereticā: sicut peccaret si cū excōicata ꝫheret: nō tn̄ ꝓpter hoc mr̄imoniū dirimeret: ⁊ ecōtrario si aliqs cathecumin⁹ hn̄s rectā fidē sz nondū baptiçatus cū aliqua fideli baptiçata ꝫheret: nō esset vex matrimoniū.

AD secundū sic proceditur: Videt q̄ inter fideles nō possit esse matrimoniū. matrimoniū. n. ē sacr̄m ecclesie. sed baptism⁹ est ianua sacramentoꝝ. g̃ infideles q̄ nō sūt baptiçati mr̄imoniū ꝫhere nō possūt: sic nec alia sacr̄a suscipe. ℣ ℟. duo mala sūt magis impeditiua boni q̄ vnū. sed infidelitas vn⁹ tn̄ impedit matrimonij bonū. g̃ multo fortius infidelitas vtriusq; ⁊ ita int̄ infideles nō pōt ee mr̄imoniū. ℣ ℟. sicut int̄ fidelem ⁊ infidelē ē disparitas cultus: ita interdū inter duos infideles: ut si vn⁹ sit gentilis ⁊ alter iudē. sed disparitas cult⁹ impedit matrimoniū ut dictū ē. g̃ ad mīn⁹ int̄ infideles qui habēt cultū disparē nō pōt esse vex mr̄imoniū. ℣ ℟. in matrimonio est vera pudicitia. sed sicut dicit Aug⁹. ⁊ habet. xxvij. q. j. nō ē vera pudicitia infidelis cū vxore sua. g̃ nō est vex matrimoniū. ℣ ℟. matrimoniū vex excusat carnalez copulā a peccato. sed hoc nō pōt facē mr̄imoniū inter infideles ꝫctū: qz ois vita infideliū pctm̄ est ut dicit glo. Ro. xiij. g̃ inter infideles nō ē verum matrimoniū. ℣ Sz ꝫ est qđ dī. j. Cor̄. vij. Sicꝫs frater habet vxorem infidelē ⁊c̄. sed vxor nō dicitur nisi ꝓpr̄ matrimoniū. g̃ int̄ infideles ē vex matrimoniū. ℣ ℟. remoto posteriori nō remouetur prius. sz matrimoniū ptinet ad officiuz nature q̄ precedit statū gratie cui⁹ p̄incipiū est fides. g̃ infidelitas nō facit quin sit inter infideles mr̄imoniū

Q̄ndeo dicendū q̄ matrimoniū p̄ncipaliū institutū est ad bonū ꝓlis: ñ tn̄ generāde qz hoc sine matrimonio fieri posset: sed etiā ꝓmouende ad pfectū statū: qz quelibet res intendit effectū suū nāliū ꝓducere ad pfectū statū. Est aūt in ꝓle duplex pfectio cōsideranda. s. pfectio nature: nō solū q̄tū ad corpus: sed etiā quantū ad aīmā p ea q̄ sunt de lege nature: ⁊ pfectio gratie: ⁊ ꝓma pfectio est materialis ⁊ impfecta respectu secūde: ⁊ iō cū res q̄ sūt ꝓpter finē sint ꝓportionate fini mr̄imoniū qđ tendit ad p̄mā pfectionē ē impfectū ⁊ māle respectu illius qđ tendit in pfectionē secundā. ⁊ dā ꝓma pfectio cōis ee pōt fidelib⁹ ⁊ infidelib⁹: secūda aūt est tn̄ fideliū: iō int̄ infideles ē quidē mr̄imoniū: sz nō pfectū vltima pfectiōe sicut ē int̄ fiōles. ℣ Ad ꝓmū g̃ dicēdū q̄ mr̄imuniū nō tātuz ē institutū in sacr̄m: sed in officiū nature: ⁊ iō q̄uis infidelib⁹ nō ꝛpetit mr̄imoniū fm q̄ est sacr̄m in dispensatione mīstroꝝ ecclesie cōsistens: ꝛpetit tn̄ eis inquātū est in officiū nature: ⁊ tn̄ etiā mr̄imoniū tale ē aliquo mō sacr̄m habitualit̄: q̄uis non actualit̄: eo q̄ actu nō ꝫhūt in fide ecclesie. ℣ Ad secūdū dicendū q̄ disparitas cult⁹ nō ipedit mr̄imoniū rōne infidelitatis: sz rōne dispitatis i fide disparitas. n. cult⁹ nō solū secūdā pfectionē ꝓlis impedit sed etiā p̄mā dū parētes ad diuersa ꝓlez trahere intēdūt: qđ nō ē q̄n vterq; ē infidelis.

adiunctū alicui facit ipm minus bonū ē p se malū sed tristicia cuicunq; bono adiuncta facit ipm minus eligibile. vñ. ij. Eor. ix. dr: Non ex tristicia aut ex necessitate: hilarem enī datorē diligit deus. ⁊ eadem rō est cuiuscūq; virtutis actui tristicia adiungat. g̃ tristicia ē scōm se malū. Ulterius vr q; aliqua delectatio sit optimū: illud enī qō est vltimus finis est optimū. sed delectatio ē vltim' finis: vt enī dr in. vij. Ethic. Est finis et architectio: architectonicaq; aūt fines sunt nobiliores et desiderabiliores: vt dr in. j. Ethic. g̃ delectatio ē optimū. ¶ ℞. dr in ij. celi et mūdi: ois res est ꝓpter suā operationē. sz operatio ē ꝓpter delectationē: cū delectatio sit operationis perfectio: vt dr in. x. Ethic. g̃ delectatō est vltimus finis. ¶ ℞. illud quod desiderat tñ ꝓpr se et nūq; ꝓpter aliud ē vltimus finis. sz delectatio est huiusmōi: stultū enī est querere quare aliqs velit delectari. g̃ delectatio est vltimus finis. ¶ ℞. illud quod omnes appetunt: et cū cuius contrario nihil est eligibile: vr esse optimuz et vltimus finis. sed oīa delectationē appetunt: et pueri et bestie ⁊ hoies sapientes et insipiētes nec aliquod bonū eēt eligibile si esset triste: nec etiā posset possibile ī aliq; bono continue pseuerare si esset triste. g̃ delectatio est optimum. ¶ Sed ℞: vltimus finis hois et optimum eius est beatitudo ipsius. sed beatitudo non est delectatio sed magis opatio: vt ex supra dicti pz g̃ delectatio nō est optimū. ¶ ℞. fm platonē delectatio ē generatio sensibilis ī naturā. sed nlla generatio est optimū: quia generatio est motus ad perfectionem. g̃ nulla delectatio potest esse optimum ¶ ℞. omne quod eligitur eligitur ī ordine ad optimum. sed sicut dicit phūs in. x. Ethic. circa multa studium faceremus etiam si nullam delectatiōem inferrent: puta videre: recordari: scire: ⁊ vtutes habere. g̃ delectatio non est optimū. ¶ ℞. oīe illud quod a natura ordinat ad aliquid nō est vltim' finis. sed natura ordinat delectationem ad operatōnem: vnde operationibus nutritiue et generatiue ordinatis ad conseruationē individui et speciei natura delectatōnem apposuit: vt ad hec opa alia magis inclinarēt. g̃ delectatio ñ ē optimū vl vltim' finis. Q ñdeo dr: ad. j. q. ꝙ delectatio dupliciter pōt considerari: vno modo inq̃tuz est delectatio: alio modo inq̃tum est hec delectatio. delectatio g̃ inq̃tum est delectatio aliquod bonum noīat sz inq̃tū est talis delectatio: potest ratōnem mali habere ex parte eius ex quo specificatur: sicut etiam ois actio q̃tum ad hoc quod habz de natura actionis ē bona: sed q̃tum ad hoc quod adiungitur de defectu aliqua actio est mala. Similiter etiā inq̃tuz alicui delectationi adiungit de defectu: scōm hoc adiūgitur ei de malo: hoc autē mō adiungit defect' delectationi quo et opationi: cum delectatio ex operatione causet: et sic ex deficienti operatione deficiet delectatio: et iō vt dr in. x. Ethic. sicut oppositiōes differunt ab inuicem bonitate et malicia ita et delectatiōes vt scōm hoc delectatio dicat bona q; ex bona opatione ꝓcedat: mala vo q̃ est de mala opatione. ¶ Ad. j. g̃ dicendum q; delectatio que facit bona eligibiliora ē delectatio eius ꝓpria vtpote cū iustus delectat de iusta opatiōe. sed si delectatiōes intpati adiungerēt opationib' iustis non facerent eas delectabiliores. vñ nō sequit oēs delectationes esse bonas. ¶ Ad. ij. dō: q; non solum appetit bonum sed etiā apparens bonū: qr aūt ois delectatio ex hoc q; ē delectatio bona ē q̃tūcunq; ex aliq; adiuncto efficiat mala: hz vnō apparere possit bona et p ꝓseqns vñ possit appeti et sic appetibilis ē nō habenti rectū iudiciū. sed hñti rectū iudicium delectatiōes quedā appetibiles nō sunt sicut ꝓrudēs et tpatus nō appetit delectationes intpati. ¶ Ad iij. dō: q; illa rō nō ꝓbat delectationē eē bonuz nisi inq̃tū ē delectatio. sz qr ex rōnib' q̃ sunt in ꝓtrariū quidam oñdere volebāt omnē delectationē eē malam: iō ad eas etiā rñdenduz. ¶ Ad. j. g̃ dō: est. q; vtuosus nō fugit quālibet delectationē imo ꝓpriā delectationē amplectit quod ē delectari in opibus virtutū: fugit autē delectatiōes inordinatas. ⁊ has concedimus malas esse. ¶ Ad. ij. dō: q; nō quelibet delectatio impedit iudiciū rōnis. sed delectatō immoderata et extranea sicut delectatio corporalis iudicium rōnis perturbat si sit vehemens: sed spiritualis delectatio iudicium rōnis confortat: quia vnusq̃sq; attētius opat in his in quib' delectat: vt dr. x. Ethic. et sic etiam non sequit omnē delectationem eē malā. ¶ Ad. iij. dō: q; ille delectatōnes q̃ faciūt hoiem malū nō sūt dicēde simplr et vere delectatiōes: qr nō sūt ꝓuenientes hōi inq̃tū ē homo. sed inq̃tum bonum homis est in eo quodāmodo corruptū: sicut etiā nō ē dicēdum: dulce simplr qō vr hñti corruptū gustū: et dato etiā q; sint delectationes vere differūt tñ specie ab illis delectatiōib' q̃ bone sunt. ¶ Ad. ij. q. dō: q; aliquid dr bonuz dupliciter: vno mō vt per se elegibile: alio mō vt ordinatum ad illud: sicut potiones austere non sunt p se bone vel appetibiles sed solū inq̃tuz sunt vtiles ad sanitatē: tristicia g̃ nulla p se loquēdo est bona vt per se appetibilis. vnde etiā Aug.' dicit in li. de confes. tolerari eas iubet non amari. s. tribulationes et tristicias: cuius rō ē: qr ois tristicia ꝓcedit ex aliq; incōueniēti: hīe autē aliquod incōueniēs non pōt eē per se appetibile. sed tñ alique tristicie sunt bone vel appetibiles inq̃tum sunt vtiles ad aliq̃d vel ad expellendum ꝓuas delectationes: vel ad aliquid huiusmodi. ¶ Et p hoc pz rñsio ad. j. qr illa tristicia scōm deū esse dr et salutifera que ordinat ad salutē. vñ non sequit q; sit bona nisi vt medicina quedam. ¶ Ad. ij. dō: q; tristicia nō pōt eē laudabilis nisi ex suppositione alicuius mali existentis: suppositā enim miseria laudabilis est misericordia: et similiter peccato ꝓexistente eligibilis

est penitentia: tñ vbi est bonoꝝ p̄fectio nec est locus miseric̄ordie nec pnie. vnde nō sequit̄ q̄ tristicia sit bona simpl̄r sz sc̄om q̄d tm̄. ℣ Ad. iij. dō: q̄ q̄uis ois tristicia sc̄om se sit fugiēda: non tñ seq̄t q̄ ois delectatio sit sc̄om se appetēda et bona. Ad hoc eni q̄ aliq̄d sit bonū oz multa p̄currē: q̄ꝝ q̄libet deficiēs rōem mali inducit: et ita oīe illud q̄ dō hz aliq̄d de malo ē fugiēdū: nec tñ oīe illō q̄ dō hz aliq̄d de bono ē simpl̄r appetēdū: ꝛ sic ois tristicia inq̄tū aliq̄d hz de defectu ē fugiēda: nō aūt ois delectatio ē appetēda q̄uis hēat aliq̄d ō bono. Ad iij. q. dō: q̄ de delectatiōe fuit triplex opīo: vna fuit epicuroꝝ: qui ponebant delectationē inq̄tū huiusmodi esse optimū: volētes p̄ hoc etiā oēm delectationē esse bonā: alia fuit opīo stoycoꝝ ꝛ platonicoꝝ: qui ponebāt oēm delectationē esse malam Tertia fuit opinio Aristotelis ꝛ p̄ipateticoꝝ: qui posuerūt quasdam delectatōes esse bonas ꝛ quasdam malas: et q̄ nihil p̄hibet aliquā delectationē esse optimū in genē humanoꝝ bonoꝝ: delectatio eni opationē p̄sequit̄. vñ cū aliqua opatio sit optimū in genere humanoꝝ bonoꝝ q̄ō est felicitas: et delectatio ipsum p̄ñs optimū erit: nec illa duo sūt p̄sideranda q̄si duo bona sed q̄si vnū bonū: sic eniz ex p̄fectōne et p̄fectibili fit vna res p̄fecta: ita ex delectatione ꝛ opatōe fit vna opatōe p̄fecta q̄ est felicitas cū delectatio sit operatiōis p̄fectio: vt dī i. x. Ethic. Quid autē hoꝝ sit p̄p̄ alterꝝ eligēdū: vtrū sc̄z delectatio ꝓpter operationē vel acōuerso: P̄bus ibi insolutū relinq̄t. Sed tñ sc̄om rei vitatē vī dō: q̄ delectatio ad operationē ordinet sicut ad finē: sicut oēs perfectiōes secūde nō ꝓpter aliud sunt nisi ꝓpī sua perfectibilia perficiēda: delectatio autem ē quedā perfectio operatiōi superueniens vt decor iuuētuti. vñ delectatō ad operationē ordinat. Sic g̃ ꝓp̄rie loquēdo delectatio aliq̄ nō est optimū: sed est aliquid optimi sc̄z felicitatis: felicitas enim delectationem includit: vt p̄z per p̄bm in. x. Ethicoꝝ. Sic g̃ ad vtraſq; rōnes rn̄dendū est. ℣ Ad. j. g̃ dicendū q̄ delectatio dī esse finis architecton. nō q̄ sit architecthonice. s. ciuilis finis vltim' nisi forte i' q̄tum est aliq̄d vltimi finis: vt dictū ē. dī autē esse finis architecton vt regula quedam ad quā architecton. s. ciuilis oīa iudicat. vñ ibi sb̄iungit: Ad quā respicientes hoc quidē bonū: hoc quidē malū dicimus. ex hoc eniz aliq̄s bonus cognoscit q̄ delectat in bonis: malus autem ad hoc q̄ delectat i malis. ℣ Ad. ij. dicendum q̄ delectatio non est perfectio operatōis a q̄ operatio speciē habeat: sed magis q̄ supaddit ei per modū perfectōis secūde: sicut sanitas ad hoīem se hz et nō sicut aia. Hoc autē interest inter perfectiōes p̄mas et secūdas: q̄ ad p̄mam perfectiōem ordinat perfectibile sicut ad finem vt materia ad formam. sed ecōuerso secūda p̄fectio ordinat ad perfectibile: vt sc̄z perfectibile per eam esse perfectū habeat: et sic delectatio ad operationē ordinat. ℣ Ad. iij. dō: q̄ de illis ordinatis ad finē cōsueūmus q̄rere ꝓpter quem fiāt que fini non sūt p̄iuncta: de his vo que fini p̄iungunt talis q̄stio nō fit: q̄ statim apparet ea esse appetibilia: et q̄ delectatio nō est p̄iuncta operatōi perfecte q̄ ē finis: iō nō cōsueuit queri ꝓpter quid aliquis velit delectari. Et ꝑterea delectatio dicit quietationē appetit' in aliq̄. vñ querere q̄re aliq̄s velit delectari: est idē quod querere q̄re velit appetitū suum quietari: q̄d idē est ac si q̄reret quare aliquis velit finē voluntatis consequi. Licz autē operatio aliqua sit finis: tñ operatio de suo nomie non importat rōationem finis vel quietationē in fine: ꝛ inde ē q̄ magis querimus ꝓpter quid vis opari q̄ ꝓpter q̄d vis delectari. ℣ Ad. iij. dō: q̄ cuiuslibz rei finis ē sua p̄fectissima operatio: iō omnes delectatōem appetunt q̄ operatio perficit: sicut et p̄priam operatōnem p̄fectam: et sicut accidit error in appetitu opatōis: q̄ quidam insistunt operatiōib' extraneis dimissis p̄priis operatiōib': vt oēs mali sequētes operatiōes bestiales p̄termissis humanis: ita etiam quidam loco p̄priaꝝ delectationum extraneas sequuntur. ℣ Ad. j. vo eoꝝ que obiciunt in oppositū dō: q̄ non q̄libet operatio ē felicitas: sed opatio perfecta quā oz delectabilē esse: et sic delectatō ē aliq̄d optimi. ℣ Ad. ij. dō: q̄ diffinitio illa platonis non est conueniēs: vt pz per p̄bm in. vij. et. x. Ethic. nō eni delectatio in generatione consistit sed magis i esse generatum: tunc eni res potest habere p̄priaz operationem que ē delectationis causa q̄n iam p̄fecta est: non autē que est imperfecta et in fieri. ℣ Alie due rōnes p̄cludunt q̄ operatio sit melioꝝ delectatione: et hoc quidem verum est: sed vtroq; est melius operatio perfecta: cuius aliquid est delectatio

AD quintuz sic procedit: vī q̄ delectatōes corpales sint potiores spūalib': delectabile eni inq̄tū ē delectabile ē appetibile. g̃ i q̄ magis incliat appetit' ē magis delectabile. sz pluries et freq̄nti' inclinant i delectatōes corpales q̄ spūales. g̃ delectatiōes corpales sūt altiores spūalib'. ℣ ℣. maiorus efficacie ē res ipsa q̄ sīlitudo rei. sz delectatiōes corpales vt pote tactus et gustus pueniūt ex ipsis reb' ꝓiunctis delectatiōes autē spūales vtpote q̄ sūt i ꝓtemplando pueniūt ex similitudinibus rez quibus intelligimus. g̃ delectatiōes corpales sunt potiores spūalibus. ℣ ℣. vt Auicenna dicit in. v. de naturalib' Opatio causaꝝ vtiliū p̄ñtium ē efficaciōr q̄ opatio causaꝝ vtiliū futuraꝝ: ꝛ siliter operatio causarum vtilium ad delectādū ē efficaciōr q̄ operatio causarū vtilium honestati: et siliter operatio eius quod ē sc̄om opinionē est efficaciōr q̄ opatio eius q̄d ē sc̄om rōem. sz operatiōes corpales pueniūt ex bonis p̄sentibus vtilib' ad delectandū sc̄om opinionem boni: delectatōes vo spirituales proueniunt

ꝑcipue ex bonis futuris honestis et scom rationem exñtibus. g delectatio corpalis ē potior spirituali. ¶ ℞. delectatões corpales sua efficacia qñq3 róez euertũt ad corpus et transmutãt: et iõ indigent re frenari: vt phus dicit in. vij. Ethic. Concupiscẽtie venereoꝝ manifeste corpus transmutãt et quibus dam insanias faciũt: delectatões autẽ spũales hoc facere nõ vident. vñ et eas refrenare nõ oz. g corpales sunt potiores spũalibus. ¶ Sed ℞ est qđ phus dicit in. x. Ethic. q delectabilissima opatio est illa que est scom sapiam: vĩ eni phia admirabiles delectationes hñe puritate et firmitate: et ad hoc ē etiã quod dr Eccli. xxiiij. Ex ore sapie spũs meus super mel dulcis: et hẽditate mea sup mel et fauũ. ¶ ℞. bonũ est causa delectatiõis. sed spũale bonum pre eminet corporali. g et spũalis delectatio corporali ¶ ℞. albius ē qđ est nigro impmixtius. s3 delectatio corpalis hz admixtã tristiciaz que ei ꝓiat: delectationi aũt spũali non est aliqua tristicia ꝓtraria q̃ possit ei admisceri. g delectatio spiritualis est potior corporali. Q Lterius vĩ q inter delectationes corporales non est potissima illa que ē scom tactũ spiritualis eni delectatio est potior q̃ corporalis. g et q̃to aliqua delectatio corpalis est spũali vicinior tanto est potior. sed delectatio visus et audit' est ꝓpinquior spirituali delectatiõi q̃ delectatio tactus. g est potior. ¶ ℞. delectatõnis cã est ꝑceptio cõuenientis. sed visus int' alios sensus est magis ꝑceptiuus et cognoscitiuus: vt pz p phm i. j. Meta. g et delectatio visus est potissima inter corporales ¶ ℞. ꝑcipue delectationes tactus sunt in actibus nutritiue et generatiue: actus autẽ illi sunt cõmunes etiã plantis in quibus nulla delectatio inuenit g tactus hz minimũ de delectatione. ¶ Sed ℞ est q tpantia ē circa maximas delectationes ꝛ tristicias corpales: est autẽ circa delectatiões tactus: vt dr in. iij. Ethic. g delectatões tactus sũt potiores alijs corporalibus. ¶ ℞. delectationi corpali opponit dolor. sed dolor ꝑcipue ad sensum tactus ptinet cũ ex diuisione cõtinui pueniat. g et inter delectationes corporales delectatio tactus ē potior. Q Lterius vĩ q int' delectationes spũales delectatio q̃ est in operibus actiue sit potior ea que est in operibus contemplatiue delectatõ enim ad affectum ptinet sed actiua vita ex rectitudine volũtatis dependet: ꝓtemplatiua vo magis cõsistit in pfectõe intellect' g delectatio in opibus actiue ē potior delectationi q̃ est in opibus contẽplatiue. ¶ ℞. delectatiõis cã ē opatio cõnaturalis habitus. s3 habitus vtutum moraliũ que perficiũt in actiua magis mouẽt per modũ nature q̃ habitus intellectualiũ virtutum: sciẽs eni sine difficultate põt aliquod falsum considerare. sed iustus non põt sine difficultate opari iusta: vt dr. v. Ethic. g delectatio virtutũ moraliuz que ad actiuã pertinẽt est potior delectatõne intellectualiũ que pertinẽt ad ꝓtemplatiuã. ¶ ℞. conuenientia est rõ delectationis. sed delectatio magis puenit cũ virtute morali q̃ cũ intellectuali: et vtutem et maliciã moralẽ circa delectationẽ ꝛ tristiciã ponimus: vt dr in. ij. et. vij. Ethic. g delectatio actiue potior ē delectatõi ꝓtemplatiue. ¶ S3 ℞opationibus ꝓtemplatiue nõ admiscet amaritudo aut tediũ: vñ Sap. vij. Nõ hz amaritudinẽ pversatio illius. s. sapie: nec tediũ puictus illius. s3 opationes actiue vite sunt multis amaritudinibus resperse. g delectationes ꝓtẽplatiue vite sunt potiores. ¶ ℞. q̃to aliqua opatio ē delectabilior tanto magis põt ꝓtinuari. sed opatio ꝓtemplatiõis maxie põt cõtinuari: vt dr in. vij. Ethic. g opatio ꝓtemplatiõis est maxime delectabilis. Q Lterius vĩ q in beatis oñibus ē equalis delectatio: qz vt dr in glo. j. Cor. xv. sup illud: Stella differt a stella in claritate: i disparí claritate erit par gaudiũ. ¶ ℞. in beatis erit pfecta charitas: vñ vnusquisq3 perfecte implebit illud preceptum: Diliges primũ tuũ sicut teipsum. g tm̃ gaudebit vnusquisq3 de bono alterius sic de bono suo: et sic vĩ q oẽs equale gaudiũ habebunt ¶ ℞. gaudiũ nõ diminuit nisi ex aliq̃ impedimento. sed in nullo beatoꝝ erit aliquod impedimẽtuz gaudij: cũ igit omnibus sit vna gaudendi ratio. s3 dei visio: vĩ q oẽs equaliter gaudebunt. ¶ Sed ℞ hoies assumũt ꝑ diuersitate meritoꝝ ad diuersos ordines angeloꝝ: sicut dicit Greg. sed nõ in oñib' angelis est equale gaudiũ: vñ dicit Dio. vij. ca. ce. hierar. q supma hierarchia est sola digna effecta domestica vnitate diuine refectõis per quã refecti onem delectatio intelligit. g nec oñs beati equaliter gaudebũt. ¶ ℞. visio dei in beatis erit cã delectationis. sed quidã sancti clarius deũ videbunt: vt supra dictum est. g nõ oñs equaliter delectabuntur Q ñdeo dicendũ ad. j. q. q sicut aliquid dr duplr magis notũ: vel simpliciter vel quo ad nos: ita potest vna delectatio potior altera iudicari: vl simpliciter: vel quo ad nos. Loquẽdo igit simplicit': delectatio spũalis incompabilit ꝑeminet corpali, ꝓpter sex rõnes. Prima: qz spũalis pfectio q̃ spiritualem delectationẽ causat incompabiliter pfectionez corpalẽ excedit que causat delectationẽ corpalez Secda: qz cũ hoc sit melior ē delectanti pueniẽtior vnusquisq3 eniz maxime est illud quod est i eo pfectissimũ: vt pz per phm in. x. Ethic. In nobis autẽ pfectissimũ ē spũalis natura scom quã res spũales sunt nobis pueniẽtes: sicut in vnoquoq3 forma est potior materia: et id quod cõuenit nobis fm spũalẽ naturã ē nobis pueníentius: et ꝓpter hoc q̃tum est de se natũ ē magis delectare. Tertia: qz pfectio spũalis est naturaliter magis dilecta q̃ corpalis. et hoc experimento pz: hoies eni multa sustinẽt incommoda corpalia vt vitent infamiã: vl hẽant victoriam seu eminẽtiã q̃ sunt pfectiões intelligibiles et ñ corpales: q̃to autẽ aliquid magis diligit tanto habitũ magis delectat: vñ dicit phus in. xj. ō animalibus

q̄ amator qñ diligit aliq̄d: afficit ad id qđ ꝓphendit de deo q̄uis aliq̄n qđ ꝓphēdit sit modicū q̄tū ad multa q̄ ꝓphendit de alijs reb⁹: et sic pua cognitio quā habem⁹ de substātijs spūalib⁹ celestibus est nobis delectabilissima. Quarto qz cuz ꝓiūctio sit delectatōnis cā q̄to aliquid vehementius ꝓiungit magis delectat: res aūt spūales intellecte intimius nobis cōiungunt q̄ res corporales apphense p sensum: sensus eni per apphensionē cōiungit reb⁹ corporalibus quasi superficialiter tm̄: sed intellectus p̄tingit vsq; ad intimā rei quidditatez. vnde delectatio intelligibilis est potior q̄ sensibilis. Quinto qz cum opatio sit cā delectationis p hoc q̄ ꝓcedit ab operante perfecto: sicut cuz perficit per habitum: q̄to in operāte inuenit maior pfectio respectu operationis: tanto eis operatio est delectabilior: motꝰ aūt est actus imperfecti. vnde operatiōes admixte motui intantū deficiūt a perfectōne delectationis inq̄tum motui adiungūt: ex motu eni lassitudinē inducunt: et ideo cum operationibus corporalib⁹ adiungat motus: operatōes aūt spūales sint a motu remote: spirituales delectationes erūt corporalibus puriores: et p ꝓsequēs vehemētiores. Sexto qz spirituales delectationes sūt diuturniores ⁊ firmiores corporalib⁹: vtpote ex causis incorruptibilibus et imobilibus puenientes. ¶ Loquēdo autez de delectatione quo ad nos: delectatio corporalis ē nobis pceptibilior ꝓpter quatuor rōnes. Primo qz res corporales sensibiles magis pcipimus q̄ res spūales: eo q̄ oz ex sensibilibus puenire ī intelligibilia: añ delectationē autē requirit perceptio cōuenientis: et inde est q̄ plures inclinant ad delectatōnes corpales q̄ ad spūales: qz plures cognoscūt sensibilia q̄ intelligibilia. Scōo ꝓpter dispositionē affectus nostri qui est assuetus delectatiōibus corporalibus. vñ sicut gustus infectus nō pcipit dulcedinem puram: ita etiam affectus nostri delectationibus corporalibus inquinati: delectationes purissimas. ſ. spūales pcipere nō pñt: et ideo hoies vtuosi qui hñt affectū depuratū a corporalib⁹ delectationibus magis spūalibus delectationibus fruuntur vnde et ph̄us dicit in. x. Ethic. q̄ illa est potissima delectatio que videtur potior virtuoso. Tertio qz delectationes corporales propiquiores sunt virtutibus corporalibus motiuis. vñ ex delectatiōibus et doloribus corporalibus statim sequit corporis trāsmutatio: nō aūt ex delectationibus ⁊ tristicijs spūalib⁹ nisi sint adeo fortes q̄ ex eis fiat redūdantia in appetitū sensibilē: transmutatōnes autē corporis maxime pcipiunt. vñ et delectatio corpalis magis pcipit q̄ spūalis. Quarto qz vt dicit Aug⁹ viij confes. gaudium vł delectatio maior sequitur vbi maior molestia p̄cessit: in rebus autē corporalibus cōtinue molestamur ꝓpter cōtinuos motus qui omnes cū labore quodaz sunt. sed in reb⁹ spiritualibus non inueniunt huiusmōi molestie. vñ delectatiōes corpales apparēt vtpote magis e vicino remediū prebentes ꝑ molestias corpales. vñ scōm ph̄m in. vij. Ethic. corpales delectatōnes appetūt vt medicie quedā ꝑ corporales molestias: et ꝓpter hoc iuuenes in quibus natura laborat cōtinue ex augmēto corporis et alijs motib⁹ magis afficiūtur ad delectatōnes corporales: ⁊ silr̄ melancolici q̄rum corpus semp mordet ex malicia ꝓplexiōis sūt in vehemēti appetitu delectatōnis: vtpote sp indigentes medicina: vt ibidē dicit ph̄us. ¶ Ad. j. g̃ dicendū q̄ rō illa ꝓcedit de comparatōne delectationum quo ad nos. ¶ Ad. ij. dō: q̄ p silitudines spirituales nobis ꝓiūctas magis ptingim⁹ ad intima q̄ p ipsā ꝓiūctionē realē q̄ nobis scōm sensuz exhibet: cū tactus et gustus nō cognoscāt nisi accidētia intellectus vō ipsam rei quidditatē. ¶ Ad. iij. dō: q̄ Auicenna ibi loquit de ꝓpatione delectationū quo ad nos. vñ ꝑium dicit in sua Meta. loq̄ns de compatione delectationū scōm se: vbi dicit q̄ delectatiōes corporales nō sunt etiā noiande delectationes respectu spiritualiū. Uel pōt dici q̄ Auicenna ibi loquit de delectatiōibus q̄ in passiōe ꝓsistūt q̄ fiūt per motū spūs corporei aialis: vult eni q̄ huiusmodi delectatōes sensibiles minus pueniunt ex rebus spūalibus q̄ ex corporalib⁹. ¶ Ad. iiij. dō: q̄ delectatiōes corpales ꝓpt hoc q̄ faciūt transmutationē corporalē magis q̄ spūalē: nate sūt rōnem impedire sicut et alie transmutatōnes corporales. sed delectatiōes spūales q̄uis mentē ad se capiāt: tamen vsuz rōnis in nullo impediūt. vñ sobrie nominant: ideo autē potest in delectatiōibus corpalibus scōm ph̄m in. vij. Ethic. supabundantia inueniri: qz nō sūt homi scōm ipsas eligibiles sed soluz p accidēs inq̄tum scz sunt vt medicine corporales tristicias phibentes: et iō appetēde sunt seruata q̄dam mēsura quam eis rō prefigit: et si eam excesserint noxie reputant: sed delectatiōes spūales appetunt scōm seipsas q̄si homi cōnaturales et non vt medicine cū nō hēant tristicias ꝓprias: et iō delectationib⁹ spūalib⁹ nullā mēsurā pfigit rō: sed q̄to sūt maiores tāto sunt eligibiliores. ¶ Ad. ij. q. dō: q̄ delactationes sensus tactus compant delectatōibus alioz sensuuz duplicit: vno modo q̄tum ad vehementiā: et sic delectatiōes tactus sunt alijs vehemētiores ꝓpter quatuor rationes. Primo quia tangibile coniungit nobis realiter: sed visibile et audibile et odorabile ꝓiungit nobis p aliquid sui: et tam̄ nullus sensus ad interiora rei ingredi pōt: res aūt corpalis efficacior ē ad delectādū corpalit q̄ species rei vel aliquid a re causatū. Scōo qz tangibilia sunt nobis magis cōnaturalia: eo q̄ ex calido ⁊ frigido et humido et sicco ꝓstituit aīal: et iō maiorez delectationē inferunt nobis tangibilia q̄ alia sensibilia sicut et maiorē lesionē: qz eoz excellētie ñ solū corrūpunt vnū sensuz sz totū aīal. Tertio qz cū sensus tactus sit quasi fundamētū alioz sensuum

rõne cuius imobilitato eius organo: oñes sensus imobilitant: vt dr in li. de somno et vigilia: id qõ i tactu accidit tam de delectatiõe q̃ de lesiõe redundat i hos sensus: et ꝓpter hoc delectatio tact⁹ inter corꝓales ẽ vehemẽtior. Quarto qr delectationes tact⁹ sũt circa necessaria ad ꝓseruationẽ indiuidui et speciei: sicut in cibis et potib⁹ et venereis: ꝛ ꝓpter hoc apposita ẽ in eis maxima delectatio: ne ab aia lib⁹ negligãt: et inde ẽ q̃ circa has delectatiões maxime est tempantia: vt dr in. ij. Ethicorꝝ. ¶ Secũdo ꝓpant delectatiões tactus alijs delectatõibus q̃tum ad nobilitatẽ: ꝛ sic sunt magis materiales ꝛ magis bestiales: et p ꝑñs minus nobiles. Alij enĩ sensus spũalius recipiunt sua obiecta q̃ tactus. vñ et alia aialia nõ delectant alijs sensibus nisi i ordine ad tactũ: vt dr in. iij. Ethic. sed homo delectat etiã eis inq̃tũ ordinãt ad cognitionẽ solã. ¶ Ad. j. ergo dr: q̃ ex hoc q̃ delectatiões alioꝝ sensuũ sũt ꝓpinquiores alijs delectationibus spũalibus q̃ delectationes tactus: pot hr q̃ sunt nobiliores nõ aũt q̃ sint vehemẽtiores cũ modũ delectationũ corꝑalium nõ transcendant. ¶ Ad. ij. dr: q̃ quis visus sit magis ꝑceptiuus alijs sensibus: tñ ei⁹ perceptio est scõm minorem ꝓiunctionẽ ad rem q̃ i sensu tactus: et ideo delectatio que est de sensibili delectabili magis est per tactũ q̃ p visuꝝ: sed tñ delectatio q̃ est de cognitione visus ẽ maior q̃ q̃ ẽ de cognitione tactus: sed hoc mõ non delectant alia anialia in sentiendo sed solũ hoies in ordine ad scientiam quã ex sensibus acquirũt. vñ talis delectatio cadit quodãmodo in gen⁹ spũaliũ delectationũ. ¶ Ad iij. dr: q̃ quis ea de q̃bus sũt ꝑcipue delectatões tactus inueniant i plantis nõ tñ ea ꝑcipiunt. vnde nõ est ex defectu ꝑceptionis. Ad. iij. q. dr: q̃ delectationes que sunt in operibus speculatiue vite ꝓeminent delectatiõibus que sunt in operibus actiue et hoc ꝓpter quatuor rões. Primo qr sunt nobiliores: vtpote ex nobilioribus rebus ꝓuenientes actus enĩ vite actiue sunt scõm ꝓuersionẽ inferior⁊ partis anime ad ea que infra ipsam sunt: sicut ad passiones circa quas morales vtutes ꝓsistunt ꝛ ad vsus bonoꝝ exterioꝝ in quib⁹ aliq̃ virtutes consistunt: vt iusticia et liberalitas: sed actus vite ꝓtemplatiue sunt scõm q̃ aia ꝓuertit ad superiorẽ rõnem ad res eternas q̃ sunt supra ipam. Secũdo qr sunt cõuenientiores: sicut enĩ rõ in nobis excellit sensuꝝ et ita id qõ est ꝓuenientius rõni est nobis ꝓuenientius q̃ quod cõuenit sensui: similiter speculatiuus intellectus precellit practicũ. vñ perfectiones intellectus speculatiui sunt homini cõueniẽtiores. Tertio qr sunt puriores: opera enĩ actiue vite sũt circa passiones sensitiue partis et circa corꝑales motus et sic admiscẽt eis de lassitudine et materialitate: q̃ non ꝓtingit de spiritualibus delectatõib⁹. Quarto qr spirituales delectatões sunt perfectiores). homo enĩ ad opera vite actiue multis indiget: sed in opibus ꝓtemplatiue est sibi vnusquisq̃ magis sufficiens. vñ ꝓtemplatiue delectatio nõ ita patit defectuꝝ sicut delectatio actiue: ex hoc q̃ desit aliq̃d eoꝝ que ad perfectam operationem requiruntur ¶ Ad. j. ĝ dr: q̃ affectus se hr cõiter et ad actiuã et ad ꝓtemplatiuã vitã: sicut enĩ aliquis volẽs opera actiue exercet: ita et ꝓtemplatiue opa: et sic i affectu ẽ cõiter delectatio de vtroq̃. sed cã delectatõnis ꝓtemplatiue vite est in intellectu q̃tum ad superiorem partẽ: cã vo delectationis actiue vite est in pte inferiori aie: affectus autẽ nõ mĩn⁹ afficit ex his que sũt supiorꝭ ptis rõnis q̃ ex his que sũt inferioris sed magis. ¶ Ad. ij. dr: q̃ habit⁹ inclinat ad actuꝫ duplr: vno mõ ad hoc vt act⁹ exerceat: et sic inclinare ad actũ nõ ẽ nisi habitus i pte appetitua exñtis: qr appetitus qui hr bonũ et finẽ ꝓ obiecto mouet et seipsum et vim cognitiuã in actuꝫ: ex. desiderio enĩ actus vel finis ꝓuenit q̃ aliq̃s aliquez actum exerceat: dũmodo non sit ex necessitate nature: alio mõ q̃tum ad moduꝫ agendi: vt scz illud qõ agit recte agat: et sic quilibet habit⁹ inclinat ad actũ: habitus ĝ ꝓtemplatiuus vtpote sapia vel intellectus non intelligit ad hoc q̃ aliquis vtat contemplationis actu: sed vt quãdo vtitur recte vtat: sed ad hoc q̃ vtat non inclinat nisi habitus⁊ qui est in appetitu non inferiori sed supiori vtpote charitas. vñ etiã charitas ad vitã ꝓtemplatiuaꝫ ptinet: vtpote inclinãs habitus ꝓtemplatiuos ad act⁹ suos. sed habitus actiue vite: vt vtutes morales sunt in pte appetitiua: vtpote in irascibili et ꝓcupiscibili vt tpantia et fortitudo. vñ habitus isti inclinant et ad hoc q̃ agat: et ad hoc q̃ recte agat: et ꝓ tanto nature ꝓpant que ẽ ꝓncipiũ mouẽdi: nihilominus tñ illud in qõ inclinat habitus speculatiuus ẽ nobis magis ꝓnaturale q̃ illud in qõ inclinat habitus actiuus. ¶ Ad. iij. dr: q̃ delectatiõis cã ẽ cõuenientia: nõ quidẽ delectatiõis: sed cause eius ad delectatũ. delectationes autẽ que cũ virtute morali ꝓueniunt sunt delectatiões corꝑales vel corꝑalibus admixte que sũt materia virtutũ moraliũ sed ꝓtemplatiue vite cõueniunt alie nobiliores delectationes scz spũales: nõ tñ ita q̃ delectatio sit cõ templationis materia sed ẽ ꝓtemplationẽ ꝓsequẽs Ad. iij. q. dr: q̃ intensio delectationis potest ꝓuenire ex duobus: scz ex cã delectatiõis q̃ ẽ fortior et ex dispositõe delectati que ẽ delectationis capacior: cã autẽ delectationis prima est operatio: sed remota operationis obiectũ: [illegible]at in delectatiõe beatoꝝ de qua nunc agit causa ꝓxima est dei visio sz ꝑma causa est deus. Dec igit cã prima vna ẽ et cõmunis oĩbus beatis. vñ q̃tum ad hoc eoꝝ delectatio ẽ equalis. visio aũt et dispositio ad delectatiõz ñ ẽ eq̃lis: qr vn⁹ alio clarius videt: vt ex ĝ. dictis patz vn⁹ etiã alio ẽ delectatiõis capacior ꝓpꝑ pfectiorez habitũ qui ẽ lumẽ gloríe: et ideo quidã magis delectant alijs q̃uis scõm quid omnes eq̃lr delecten-

tur materialiter loq̃ndo: in q̃tũ sc̃z gaudẽt de cõlire. s. de deo: et sic intelligit glo. inducta q̃ i dispari claritate erit par gaudiũ. Uñ p̃z rñsio ad primum

¶ Uel dõ: ad. j. q̃ oium beatoꝝ dĩ eẽ par gaudiũ in q̃tũ vnusquisq; ad summũ gaudiũ puenit sc̃m modũ suũ: sed mod' vn' erit amplior q̃ alterius: et ꝑm hoc gaudiũz vn' erit mai' gaudio alter': vt sic illa paritas impor̃tet nõ equalitatẽ q̃titatis sed ꝓportionis. ¶ Ad. ij. dõ: q̃ quis in regno celorum mior gaudet nõ solũ de bono suo sed etiã ỗ bono superioris: nõ tñ tantũ gaudet de eo q̃tũ superior q: rõ gaudiũ i oib' erit de': et iõ q̃to aliq̃s plus gaudet de deo tãto pl' gaudebit de q̃cũq; alio. vñ supi or pl' gaudebit de bono inferioris q̃ ipse inferior. ¶ Ad. iij. dõ: q̃ quis i nllo btõ̃ sit aliq̃ delectatiõis impedimẽtũ: sũt tñ ibi alie cãe intẽsionis: nõ eni intẽdit aliq̃d solũ ꝓ remotionẽ a ỹrio sed etiaz ꝓ accessum ad terminũ. ¶ Questio. IIII.

QUeritur dõ dotibus. Et circa hoc querunt quiq; Primo an btis sint assignãde aliq̃ dotes. ¶ 2° vtz dos a btitudine differat. ¶ 3° vtz xp̃o insint dotes. ¶ 4° vtz angelis. ¶ 5° de numero dotiũ.

AD primum sic procedit: vi q̃ nõ sint ponende aliq̃ dotes in hoibus beatis. Dos eni ꝑm iura dar spõso ad sustinẽda onera mr̃imonij: sed sci nõ gerunt figurã spõsi. sz magis figurã spõse inq̃tũ sunt mẽbra ecclesie. q̃ eis dotes nõ dant. ¶ P̃. dotes nõ dãtur sc̃m iura a patre sponsi sed a patre spõse: oia autẽ dona beatitudinis beatis dant a p̃e sponsi. s. xp̃i. Jaco. j. Oñe datum optimũ t oñe donũ tc̃. q̃ huiusmõi dona que beatis dant non sunt dotes appellãde. ¶ P̃. in matrimonio dant dotes ad facilius toleranda onera matrimonij. sed in mr̃imonio spũali nõ sunt aliqua onera: maxie sc̃z statuz ecclesie triumphãtis. q̃ nõ sũt ibi alique dotes assignãde. ¶ P̃. dotes nõ dant nisi cã matrimonij. sz matrimoniũ spũale ỹhit cum xp̃o per fidẽ ꝑm statum ecclesie militãtis. q̃ eadẽ rõne si beatis aliq̃ dotes ꝓueniũt: ꝓueniẽt etiã sanctis in via exñtib'. sed istis nõ ꝓueniunt. q̃ nec beatis. ¶ P̃. dotes ad bona exteriora ptinent que dicũt bona fortune. sz ꝑmia beatoꝝ erunt de interioribus bonis. q̃ non debent dotes numerari. ¶ Sed ỹ Eph̃. vj. dr̃: Sacramentũ hoc magnũ est: dico autẽ in xp̃o t ecclesia. ex quo hr̃ q̃ spũale mr̃imoniũ ꝓ carnale significat. sed i carnali mr̃imonio spõsa dotata traducitur i domũ spõsi. q̃ cũ sancti i domũ xp̃i traducãt cũ beatificant: vi q̃ aliquibus dotib' dotẽt. ¶ P̃. dotes in matrimonio corpali assignant in mr̃imonij solatium: sed matrimoniũ spũale ẽ delectabili' q̃ corporale. ergo ei dotes sunt maxime assignãde

¶ P̃. ornamenta sponsaꝝ ad dotem pertinent: sz sancti ornati in gloriã introducunt: vt dr̃ Esa. lxj. Induit me vestimẽtis salutis q̃si sponsaz ornatam monilibus suis. q̃ sancti in patria dotes hñt. ¶ Espondeo dicendũ q̃ absq; dubio beatis q̃ñ i gl̃iaz transferũt aliqua dona diuinitus dant ad eoꝝ ornatum: et hi ornatus a magistris dotes sunt nominati. vñ dar quedam diffinitio de dote de q̃ nũc loquimur talis: Dos est perpetuus ornatus aie t corporis vite sufficiens in eterna beatitudine iugit̃ pseuerans. Et sumit̃ hec descriptio ad similitudinem dotis corpalis ꝑ quã spõsa ornat et ꝓuidetur viro vñ possit sufficienter sponsaz et liberos nutrire: et tñ inamissibiliter dos sponse ꝓseruat: vt ad eã matrimonio sepato reuertat: sed de rõne nois diuersi diuersimode opinant. Quidã eni dicunt q̃ dos nõ accipit ex aliqua similitudine ad matrimoniũ corpale: sed sc̃m modũ loquẽdi quo oẽm pfectõz seu ornatũ cuiuscunq; homis dotẽ noiamus: sicut dr̃ aliquis esse dotatus sciẽtia qui sciẽtia pollet: et sic Quidius vsus est nomie dotis dicens: Et q̃cunq; potes dote placere place. Sed istud non vr̃ vsq; quaq; ꝓueniens: q: q̃ncunq; aliquod nomen ẽ impositum ad aliquid principaliter significandũ: nõ ꝓsueuit ad alia transferri nisi sc̃m aliquã silitudinem. vñ cum sc̃m primam institutionem nomis dos ad matrimoniũ carnale ptineat. q̃ vr̃ q̃ in q̃libet alia acceptione attendat aliqua silitudo ad pncipale significatũ. Et iõ alij dicunt q̃ sc̃m hoc silitudo attendit q̃ dos ꝓprie dr̃ donũ quod in matrimonio corporali dar sponse ex parte spõsi q̃ñ traducit in domũ sponsi ad ornatũ sponse ptinẽs: qõ patz ex hoc qõ dixit Sychem Jacob et filijs eius Gen. xxxiij. Augete dotẽ et munera postulate. et Gen. xxxj. Si seduxerit quis virginez dormieritq; cum ea: dotabit eam et accipiet eã vxorẽ. vñ et ornatus qui a xp̃o sanctis exhibet q̃ñ traducũt i domũ glorie dos noiat. Sed hoc ẽ manifeste ỹ id qõ iuriste dicũt ad quos ptinet de his tractare: dicũt eni q̃ dos ꝓprie ẽ quedã datio ex pte mulieris his qui sũt ex parte viri facta ꝓ onere matrimonij qõ sustinet vir: sed illud qõ spõsus dat spõse vocatur donatio ꝓpter nuptias: et sc̃m hũc modũ accipit dos. iij. Reg. ix. vbi dr̃: q̃ Pharao rex egypti cepit Gazer et dedit in dotem filie sue vxori Salomõis Nec cõtra hoc faciunt auctoritates inducte: q̃ quis eni dotes a parente puelle cõsueuerũt assignari: tñ q̃q; ptingit q̃ spõsus vel p̃ sponsi assignat dotes vice patris puelle: qõ ptingit duplicit̃: vel ꝓ nimio affectu ad spõsam: sic fuit de Sychem q̃ voluit assignare dotẽ quã debebat accipe ꝓpter vehemẽtez amorem filij sui ad puellã: vl hoc fit in penã sponsi: vt virgini a se corrupte dotẽ de suo assignet quã p̃ puelle debuerat assignare: et in hoc casu loquit Moyses in auctoritate inducta. Et ideo sc̃m alios dõ: q̃ dos i mr̃imonio carnali ꝓprie dicit quod

dat ab his qui sunt ex pte mulieris his qui sūt ex pte viri ad sustenstāda onera matrimonij: vt dcm est. Sed tūc remanet difficultas qūo hec significatio aptari possit ad ꝓpositū: cū ornatus qui sunt i btitudine dent sponse spūali a parte sponsi: quod manifestabit rndendo ad argumenta. ¶ Ad.j.ḡ dō: q dotes q̄uis assignētur sponso in carnali matrimonio ad vsum: tn̄ ꝓprietas et dominiū ptinēt ad sponsaz: qō pz ex hoc q soluto mrimonio dos remanet sponse scōm iura: et sic etiam in mrimonio spūali ipsi ornatus qui sponse spūali dant: sez ecclesie in mēbris suis sunt q̄dē ipsi sponsi inq̄tn̄ ad eius gloriā et honorē cedūt: sed spōse inq̄tuz p eas ornat. ¶ Ad.ij.dō: q pater spōsi. s. xpi est pso na sola patris: pater aūt sponse est tota trinitas: effectus aūt in creaturis ad totā ptinent trinitatem vñ huiusmōi dotes in spūali mrimonio ꝓpe loq̄ndo magis dant a patre sponse q̄ a patre spōsi. sed tn̄ hec collatio q̄uis ab oibus psonis fiat singulis psonis potest appropriari per aliquem modū: pso ne quidē patris vt danti: qz ipso est auctas. ei etiam paternitas respectu creature appropriat: vt olctum ē in. j. li. ol. xviij. vt sic idem sit pater spōsi et sponse. filio vō appropriat inq̄tum ꝓpter ipsuz et p ipsum dant: sed spiritui sancto inq̄tum in ipo z scōm ipsum dant: amor etiā est oīs donationis rō ¶ Ad.iij.dō: q dotibus p se ꝓuenit illud quod p dotes efficit. s. solatiū matrimonij: sed per accidēs illud quod p eas remouet scilz onus matrimonij quod p dotes leuiat: sicut gre p se conuenit facere iustū: sed accīs q̄ de impio faciat iustuz: q̄uis g̈ in mrimonio spūali nō sint aliq̄ onera: est tn̄ ibi summa iocunditas: et ad hanc pficiendā iocūditatem dotes sponse ꝓferunt: vt sez delectabiliter p eas spō so ꝓiungat. ¶ Ad.iiij.dō: q dotes non consueuerunt assignari sponse q̄n despōsat: sed q̄n i domuz sponsi traducit: vt pn̄tialiter sponsum hēat: q̄diu aūt in hac vita sumus pegrinamur a dño. ij. Cor. v. et iō dona que sanctis in hac vita ꝓferuntur nō dicuntur dotes sed illa que ꝓferuntur eis quando transferuntur in gloriā in q̄ spōso pn̄tialiter pfruūt. ¶ Ad.v.dō: q i spūali mrimonio interior decor requirit: vt i psal. Omis glia ei' filie regis ab intus ꝛc. sz i mrimonio corpali requirit decor exterior. vñ nō oz q eiusmodi dotes assignēt in mrimonio spūali sicut assignātur in corporali.

## Ad secūdum sic procedit: vī q dos sit idē qō btitudo: vt enim ex diffinitione predicta patz est ornatus anie et corporis in eterna beatitudine iugiter pseuerans: sed beatitudo est anie quidē ornatus eius. g beatitudo est dos. ¶ p. dos dī illud per quod sponsa delectabiliter sponso ꝓiungitur: sed i spirituali matrimonio beatitudo est huiusmodi. g beatitudo est dos. ¶ p. visio scōm Aug. est tota substantia beatitudinis. sed visio ponit vna de dotibus. g beatitudo est dos. ¶ p. fruitio beatū facit. fruitio aūt ē dos. g dos beatū facit: et sic est beatitudo ¶ p. fm Boetiū i. iij. de ꝓsol. beatitudo est statꝰ oim bonoꝝ ꝓgregatione pfectus. sed status btōz pficitur ex dotibus. g dotes sunt beatitudinis partes. ¶ Sed ꝯ: dos dat sine meritis. sed beatitudo non dat sed reddit. g beatitudo nō est dos. ¶ p. beatitudo est vna tātū. dotes vero sunt plures. ergo beatitudo nō est dos. ¶ p. beatitudo ineſt homini scōm id quod ineſt potissimū in eo: vt dī in j. Ethic. sed dos etiā in corpore ponit. g dos et beatitudo nō sunt idem: Q̄ndeo dō: q circa hoc ē duplex opinio. Quidam enim dicunt q beatitudo et dos sunt idem in re: sed differūt tn̄ ratiōe: qz dos respicit spūale matrimoniū quod est inter xpm et aiam: nō autē beatitudo. Sed hoc nō pōt eē vt vī cū beatitudo in opatione ꝓsistat: dos autē non sit operatio sed magis sit equalitas vl dispositio q̄dā Et iō scōm alios dicendū q beatitudo et dos etiā realiter differūt: vt beatitudo dicat ipsa opatio pfecta qua aia beata deo ꝓiungit: sed dotes dicūtur habitus vel dispositōnes. vel quecūq; alie q̄litates que ordinantur ad huiusmōi perfectā operatiōez vt sic dotes ordinent ad beatitudinē magis q̄ sint in beatitudine vt ptes ipsius. ¶ Ad.j.ḡ dō: q beatitudo ꝓprie loquendo nō est aie ornatus sed ē aliq̄d quod ex ornatu aie ꝓuenit cū sit opatio q̄dam ornatus vero dī aliq̄s decor ipius beati. ¶ Ad.ij. dō: q beatitudo nō ordinat ad ꝓiunctionē sed est ipsa ꝓiunctio aie cū xpo que est p operatiōem: sed dotes sunt dona dispōnētia ad huiusmōi ꝓiūctionem. ¶ Ad.iij.dō: q visio dupliciter pōt accipi: vno mō actualiter: idest pro ipso actu visionis: et sic visio nō est dos: sed est ipsa beatitudo. alio mō pōt accipi habitualiter: idest p habitu a quo talis opatio elicit: idest p ipsa glorie claritate q̄ aia diuinitus illustrat ad deū videndū: et sic ē dos et principiū btitudinis: nō aūt est ipa btitudo. ¶ Et silr dō: ad. iij. ō fruitōe. ¶ Ad.v.dō: q btitudo colligit oia bōa: nō q̄si ptes eēntie btitudinis sz q̄si aliq̄ mō ad beatitudinē ordinata: vt supra dictum est.

## Ad tertium sic procedit: vī q xpo ꝓpetat hīe dotes: sancti enim xpo p gloriā ꝓformabūt. vñ dī Phil. iij. Qui reformauit corpus hūilitatis nre ꝓfiguratuz corpi claritatis sue. g xps etiā dotes hz. ¶ p. i spirituali matrimonio assignant dotes ad similitudinem matrimonij corpalis. sed i xpo inuenit q̄dā spūale matrimoniū q̄ est sibi singulare. s. duaruz naturaruz in vna pſona fm q dī natura humana in ipso esse desponsata a verbo: vt pz ex glo. super illud ps. In sole posuit tabernaculū suū. z Apoc. xxj. Ecce tabernaculm cū homib'. g xpo ꝓpetit hīe dotes. ¶ p. vt dic Aug. i li. ō do. xpiana. xps fz re-

gulã tyconũ ꝓpter vnitatẽ corꝑis mystici q̃ ẽ inter caput et mẽbra noiat se etiã sponsã et nõ solũ spõsum: vt pz Æsa. lxj. Quasi sponsuz decoratũ coro na et q̃si sponsã ornatã monilib' suis. cũ g̃ spõse de beant dotes: oz i xp̃o dotes vt vĩ ponẽ. ¶ ℟. oib' mẽbris ecclesie debet dos cũ ecclesia sit sponsa. sed xp̃s est ecclesie membꝝ: vt pz. j. Cor. xij. Vos estis corpus xp̃i et mẽbra de mẽbro glo. de xp̃o. g̃ xp̃o debẽt dotes. ¶ ℣. xp̃s hz pfectã visionẽ: fruitõez et delectationẽ: hec autẽ ponũt dotes. g̃ xp̃s habuit dotes. ¶ Sed ꝯ: inter sponsum et sponsam exigitur discretio personaꝝ. sed in xp̃o non est aliq̃d psonaliter distinctũ a filio dei q̃ est sponsus: vt pz Joh. iij. Qui hz sponsam spõsus ẽ. g̃ cũ dotes spõ se assignẽtur vel ꝑ spõsa: vĩ q̃ xp̃o non ꝓpetat hĩe dotes. ¶ ℟. nõ est eiusdem dare dotes et recipere sed christus est qui dat spirituales dotes. g̃ xp̃o nõ ꝓpetit dotes hĩe. Q̃deo dõ: q̃ circa hoc ẽ duplex opinio. Quidam enĩ dicũt q̃ i xp̃o ẽ triplex vnio: vna que dr̃ ꝓsentanea: qua vnitur deo ꝑ cõnexionem amoris: alia dignatiua qua humana natura vnitur diuine: tertia qua ipe christus vnitur ecclesie. Dicunt g̃ q̃ scõm duas vniones ꝓpetit xp̃o hĩe dotes sub rõne dotis: sed q̃tum ad tertiam conuenit ei id quod est dos excellẽtissime nõ tñ sub ratõne dotis: q̃ in tali ꝓiunctione xp̃s est vt sponsus sz ecclesia vt sponsa: dos autẽ datur sponse q̃tuz ad ꝓprietatem et dominiũ q̃uis detur sponso ad vsũ Sed hoc non videt ꝓueniẽs: in illa enĩ ꝓiunctione qua xp̃s vnitur patri ꝑ ꝓsensum amoris etiã inq̃tum est deus nõ dr̃ esse aliquod matrimonium: q̃ non est ibi aliqua subiectio quam oz esse spõse ad spõsum: similiter etiã nec in ꝓiunctõe humane nature ad diuinã que ẽ in vnitate psone: vel etiã per ꝓformitatem volũtatis põt esse ꝓpie rõ dotis ꝓpter tria. Primo q̃ exigitur ꝓformitas nature inẽ spõsum et sponsam in matrimonio illo in quo dãtur dotes: et hoc deficit in ꝓiunctõne humane nature ad diuinã. Secũdo q̃ exigit ibi distinctõ psonaꝝ humana autẽ natura nõ ẽ psonaliẽ distincta a vbo Tertio q̃ dos datur q̃n sponsa de nouo introducit in domũ sponsi: z sic videnẽ ad spõsam ptinere que de non ꝓiuncta fit ꝓiuncta. Humana autẽ natura que est assumpta in vnitatem persone a verbo nũq̃ fuit quin esset pfecte cõiuncta. Vñ fm alios dicendũ q̃ vel oino nõ ꝓuenit xp̃o rõ dotis vel non ita ꝓprie sicut aliis sanctis: ea tñ que dotis dicunt excellẽtissime ei ꝓueniũt: ¶ Ad. j. g̃ dõ: q̃ cõformatio illa ẽ intelligẽda scõm id qõ ẽ dos z non scõm rationẽ dotis q̃ sit in xp̃o: nõ enĩ oz q̃ illud in q̃ xp̃o ꝓformamur sit eodẽ mõ in nobis z i xp̃o ¶ Ad. ij. dõ: q̃ natura humana non ꝓprie dr̃ esse sponsa in ꝓiunctiõe illa q̃ verbo cõiungit: cum nõ seruet ibi psonaꝝ distinctio: q̃ inter spõsuz z sponsaz requiritur. Sz q̃ q̃ncz desponsata dicat humana natura scõm q̃ verbo ꝓiuncta est: hoc ẽ inq̃tũ hz aliquem actum sponse: quia sez inseparabiliẽ cõiungit: et qz in illa ꝓiunctione humana natura est vbo inferior et ꝑ verbũ regitur sicut spõsa ꝑ sponsum. ¶ Ad. iij. dõ: q̃ hoc q̃ aliq̃n dr̃ xp̃s sponsa nõ ẽ qz ipse vere sit sponsa sed inq̃tum assumit ꝑsonam sponse sue. s. ecclesie que est ei spiritualiter ꝓiuncta. vñ nihil phibet quin ꝑ illũ moduz loquẽ di posset dici habere dotes: nõ q̃ ipse habeat sz qz ecclesia hz. ¶ Ad. iiij. dõ: q̃ nomen ecclesie dupliciter accipitur. Q̃ncz enĩ nõiat tñmodo corꝑ' qõ christo ꝓiungitur sicut capiti: et sic tñ ecclesia habet rationẽ spõse: sic vo xp̃s non ẽ ecclesie mẽbꝝ sz ẽ caput influẽs oibus ecclesie mẽbris: alio mõ accipit ecclesia scõm q̃ noiat caput et mẽbra ꝓiuncta: z sic xp̃s dr̃ membꝝ ecclesie inq̃tum hz officium distinctum ab omnib' aliis. s. influere aliis vitam q̃uis nõ multũ ꝓpie dicat mẽbꝝ: qz membrũ importat partialitatẽ quandã: in xp̃o autẽ bonũ spũale nõ est particulatũ sed est totaliẽ et integrũ. vñ ipse est totũ ecclesie bonum: nec est aliqõ maius ipo et aliis q̃ ipse solus: sic autem loquẽdo de ecclesia: ecclesia non noiat solum sponsam sed sponsũ z spõsam: put ꝑ ꝓiunctionẽ spũalẽ ẽ ex eis vnũ effectum vñ sz xp̃s aliq̃ mõ dicat mẽbꝝ ecclie: nullo tñ mõ põt dici mẽbꝝ spõse: et sic ei nõ ꝓuenit ratio dotis. ¶ Ad. v. dõ: q̃ i ꝓcessu illo ẽ fallacia accidẽtis: nõ enĩ illa xp̃o ꝓueniũt scõm q̃ hñt rationẽ dotis.

